



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Prooemivm Operis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

- 3 Sine adiunctis potest etiā Episcopus procedere ad priuationem Canonicoꝝ, ex causa, quod ordines suis præbendis annexis non susceperint, & ita censuit Sacra Congreg. prout referunt Nicol. Garf. par. 2. c. 4. num. 22. & Nos in resolut. 488. num. 2. & 3.
- 3 Potest etiam Episcopus, absque prædictis adiunctis corrigere, punire, & emendare excessus, ac peccata Capitularium, quos correctione, & punitione dignos repererit, non tamen poena ordinaria, sed ea, quæ morum magis emendationem, quam punitionem respiciat, ita decisum refert Armendar. d. tit. 6. n. 39. & num. 77. similiter à Sacra Congreg. declaratum aserit posse Episcopum uisitare solum Capitulares, & bona, eorumque bonorum administratores, uel cum quibus sibi uidebitur adiunctis, de quo etiam Nicol. Garf. p. 3. cap. 3. num. 198. in 10. & 11. declarat. qui ampliare posset etiam solum Episcopum uisitare fabricam.
- Potest denique, absque huiusmodi adiunctis Episcopus uisitare corpus Ecclesiæ Cathedralis, Sacramenta, Reliquias, Vestes, Ornamenta, cæteraque ad cultum Diuinum destinata, item, & Cappellas, Cappellania, & dotationes anniuersariorum, institutiones, memorias defunctorum, pia opera, uel res, aut bona fabricæ, uel Ecclesiæ, ut censuit Sacra Congreg. teste Armendar. dict. tit. 6. de uisitat. num. 123.

RESOLVT. DC.

- 1 Quando totum Capitulum nemine excepto deliquit, iurisdicctio deuoluitur ad solum ordinarium: secus si aliqui non participarunt, 4. 6.
- 2 Concordia, de qua hic est strictè intelligenda.
- 3 Appellatione personarum non venit Collegium, uel Vniuersitas.
- 4 Ius Vniuersitatis, uel Capituli etiam in uno remanet.

Deputatio iudicum adiunctorum, an debeat fieri, ubi agitur de crimine per totum Capitulum patratum.

- 1 Valde dubitabilis est ille iuris articulus, si deputatio iudicum adiunctorum sit facienda, ubi agitur de crimine per totum Capitulum patratum, in quo iuris articulo, licet usque adhuc non inuenerim Doctorem illum tangentem, nihilominus, ut de illo aliquid dicam, ratio dubitandi pro opinione negatiua adducebatur ex regula uerbi legis generaliter esse intelligenda, generaliter cum concordantibus ff. de le-

gatis præstandis, & ubi lex non distinguit, nos distinguere non debemus, Vulgata l. de pretio, ff. de publician. in rem actione.

Cæterum contrariam sententiam tenuit Rota in una Burgen. Concordia 12. Nouembris 1593. coram Seraphin. cuius tenor est.

Fuit dubitatum si Capitulum delinquat, an sit procedendum per Dominum Archiepiscopum iuxta formam Concordiæ, uel quomodo? Domini fuerunt in sententia, ut si totum Capitulum delinquat, nemine ex capitularibus excepto, iurisdicctio deuoluatur ad Archiepiscopum cum nulli supersint Canonici, cum quibus Episcopus possit procedere, seruata forma concordie gl. in c. irrefragabili §. excessus in verbo capitulum de officio ordinarij, quam ibi sequitur Butr. Card. Imol. Felyn. & alij maxime, quia uersamur in concordia, quæ strictè est intelligenda, ut fuit dictum in causa Burgen. deputationis Fiscalis coram R. P. D. Blächetto, unde fit, ut appellatione personarum non ueniat Collegium, uel Vniuersitas, ut tradit Felyn. in c. cum te num. 14. de rescrip. Neque obstat, quod iste casus, uti comprehensus, in concordia debeat remanere in dispositione iuris communis, quo inspecto iurisdicctio deuoluitur ad Papam, qui est Iudex exemptorum, prout Capitulum se facit, quia subintrat dispositio Concilij, quæ dat Episcopo saltem vti Sedis Apostolicæ delegato iurisdicctionem, etiam in exemptos, sed & ista exemptio non probatur, immo suadet contrarium, ex quo in pluribus casibus, non comprehensibus in concordia fuit decisum pro Archiepiscopo, si uero non omnes de Capitulo delinquerunt, sed aliqui supersunt, qui non participarunt in delinquendo, tunc cessant rationes, gl. in dicto c. irrefragabili, & illi debent iuxta tenorem concordie assumi una, cum Episcopo ad cognoscendum de tali delicto; Nam neque delinquerunt, neque efficiuntur Iudices in causa propria, Innoc. in dicto c. irrefragabili n. 1. per text. in c. gratum de postulat. & ibi gl. & Abb. num. 5. & cæteri, & in c. bone de electione ius vniuersitatis, uel Capituli remanet etiam in uno, l. sicut municipij, quod cuiusque Vniuersitat. c. si forte 63. distinctè. exceptus fuit casus a priori conclusione nisi totum Capitulum committeret contra Archiepiscopum, tunc enim ex eiusdem tex. dispositione. cognitio deuolueretur ad superiorem saltem propter scandalum, ut inquit Hostiens. ne videatur Episcopus esse Iudex in causa propria, & ita fuit conclusum.

PROOEMIUM OPERIS.

Remissionis delinquentium materia, quam sit vtilis, & frequens, docet quotidiana Forensium causarum experientia, tam in foro laicali, quam in Ecclesiastico. Tractaturus, itaque hanc remissionis delinquentium materiam varijs in locis per Legistas, & Canonistas tractatam in vnum recoingere duxi, ad hoc ut quærentibus facilius pateat adiutus, & pro faciliori intelligentia, & ad hoc ut minus laboris habeas (benigne Lector) in quinque partes diuidere censui. In 1. agatur de remissione in genere. In 2. de remissione, quæ fit à Iudice seculari ad Ecclesiasticum. In 3. de illa, quæ fit à Iudice Ecclesiastico seculari. In 4. de illa, quæ fit à M. C. Barombus. In 5. verò de illa, quæ fit professoribus alicuius artis, quas antequam aggrediar, Diuinum impiorabo auxilium, iuxta dispositionem tex. in §. & inchoetur, in auth. ut proponatur nomen Imperatoris, & gl. in proem. Instit. cum vulgat. sine cuius ope sapere desipere est, secundum Diuum Augustinum in 5. medit. in princ. & qui absque illo consultis in tenebris ambulat, & ignorat quò vadit, Ioannes in c. 12. sine ipso factum est nihil, quod factum est, opere consistunt, omnia in Nomine Iesus quidem facere debemus Diuus Paulus ad Colossenses cap. 3. & cap. non licet 26. qu. 6. nam per se homo nihil sine Diuina gratia potest, S. Augustinus cap. 5. soliloquiorum, ut igitur per viam veritatis ambulemus Individua Trinitatis, ac Beate semper Virginis, & omnium Sanctorum suffragium inuoco, ut hisce laboribus nostris ad alienam potius, quam ad nostram vtilitatem redactis, sit præsens, & adiutorium nostrum. Amen. Iesus.

RESOLVT. DCI.

Quid sit Remissio delinquentium.

Acturus de dicta materia remissionis fori, conueniens mihi visum fuit, primo declarare essentiam

ipsius remissionis, ut cognita diffinitione, deinde cum maiori facilitate possemus deuenire ad ipsius materiam dilucidationem.

Vnde pro intelligentia dicendorum sciendum est, quod remissio delinquentium nil aliud est, nisi quædam rei traditio ab vno Iudice facta Iudici Territorij delicti.

delicti, quæ diffinitio licet a nemine tangatur, tamen eam primo probo ex dispositione text. in auth. quæ in Prouincia C. vbi de Criminibus agi oportet, in verbi luri subiacent. 2. ex text. in l. si cui §. cum sacrilegium ff. de accusat. ibi, quod Reus in eam Prouinciam remittatur, vbi sacrilegium commissit 3. ex text. in l. 1. C. vbi de Criminibus agi oportet, ibi auth. extra ordinem coercentur, vbi commissæ res inchoata sunt Crimina. 4. ex text. in l. solet ff. de custodia reorum, ibi cum persecutoribus ad se remittat, probatur 5. in l. capitalium, §. famosi ff. de pœnis ibi famosi latrones, ibi furca suspendendos esse, vbi graffati sunt, & melius in §. si vero comprehensorum, in auth. de defen. ciuit.

RESOLVT. DCII.

Quibus modis verbum Remissio in Iure sumatur.

- 1 Remissio sumitur pro remissione iniuriarum. 2 Pro remissione cautionis ad usufructuario præstanda.
- 3 Pensionis rei locatæ. 4 debiti. 5 pignoris. 6 peccatorum. 7 noui operis Nunciatione. 8 delicti.
- 9 Cautionis præstandæ à Legatario. 10 Insinuationis.
- 11 Hypothecæ. 12 Delinquentium, de qua hic.

- C**um verbum remissio ambiguum sit, nam multas sub se continet significaciones, visum est illud declarare, in quibus modis in Iure sumatur, vnde primo sumitur pro iniuriarum remissione, de qua loquitur text. & ibi glos. in §. fin. Institut. de Iniuriis, Bar. in l. 1. §. sed si vnus, ff. de Iniurijs in 1. columna n. 3. Glos. in l. fin. autem in verbi iniuriam remittere, ff. de pactis, Bald. & Ias. in l. 1. n. 14. in 3. columna ff. eod. tit. Idem Ias. & ceteri omnes in l. si tibi §. quædam in princ. & in l. generaliter C. de inflit. & sublitur. & in l. pactum Curationis, vbi Bal. in princ. C. de pactis.
- 2 Sumitur pro remissione cautionis ad usufructuario præstanda, de qua loquitur text. in l. 1. C. de vusu. Bar. in l. vxori, in princ. ff. de vusu. legat. Abb. in c. cum constat, in 1. notab. de pignor.
- 3 Sumitur pro remissione pensionis rei locatæ, de qua loquitur text. in l. 1. §. 1. ff. de migrando, Panor. & Butr. in cap. propter sterilitatem, in 2. col. n. 18. de locato, Couar. in lib. pract. quæst. cap. 30.
- 4 Sumitur pro debiti remissione de qua loquitur text. in l. 1. C. de non n. pec. l. præfens C. de transact. Imperatores ff. de pact. Ias. in l. pactum curationis C. eod. tit.
- 5 Sumitur pro remissione pignoris, de qua est text. in l. sicut, vbi Bart. ff. quib. mod. pig. vel hypotheca dissoluatur.
- 6 Sumitur pro peccatorum remissione, de qua est text. in c. 1. vbi Archidiaconus. 5. distinctione Abb. & ceteri omnes in c. omnes vtriusq. sexus de penit. & remiss. Felyn. in suo tract. de Indulg. & remiss. nu. 15. Silua in summi. in verb. remissio peccatorum q. 8.
- 7 Sumitur pro remissione noui operis nunciatione, de qua est text. in terminis in l. 1. ff. de remissionibus, Bart. in l. 1. ff. de nou. oper. nunciat. in col. 2. nu. 7. & in l. ait prætor, vbi Bald. in 2. notab. ff. eod. Abb. in c. signantibus eod. tit.
- 8 Sumitur pro delicti remissione, de qua loquitur text. in l. 1. §. diuus, vbi Bald. ff. ad Syllanianum, Clarus li. 5. sent. q. 37.
- 9 Sumitur pro remissione cautionis præstandæ à legatario, de qua loquitur text. in l. 2. vbi Bald. C. vt in possessione legatorum, Bart. in l. nemo potest in 3. col. nu. 17. ff. de leg. 1. Glos. in l. 1. in verb. cautionis Remissio C. communia de legat.
- 10 Sumitur pro remissione insinuationis, de qua loquitur text. in l. modestinus ff. de legat. 3. & l. modestinus de donat. Bal. in l. sancimus in 3. notab. l. eod. tit. Ias. in l. nemo potest in 2. col. nu. 6. ff. de leg. 1. Glos. in

§. est, & aliud in verb. remissio insinuationis inflit. de legat. Clar. in lib. 5. sententiarum §. donatio qu. 13. in princ.

- 11 Sumitur pro remissione hypothecæ, de qua loquitur text. in l. sicut ff. quibus modis pigaus, vel hypotheca tacite soluatur, Bart. in l. hypothecas C. de remiss. pignorum.
- 12 Sumitur pro delinquentium remissione Iudici competenti faciendæ, & hæc est nostra materia, quam hilaro animo Diuino Subsidio Annuente ad beneuolis lectoris commodum, atq; vtilitatem tractabimus.

RESOLVT. DCIII.

Quæ requirantur, vt remissio delinquentis fieri possit.

- 1 Vt Iudex delicti petat hanc remissionem.
- 2 Vt constet crimen, de quo agitur, fuisse commissum.
- 3 Et hoc in territorio Iudicis requirentis.
- 4 Vt Delatus non sit vagabundus.
- 5 Neque condemnatus per Iudicem detinentem.
- 6 Vt non sit accusatus de hæresi. Quod tamen limita.
- 7 Vt non commiserit crimen penes Iudicem, penes quem detinetur.
- 8 Vt Remissio non fiat à Iudice superiori ad inferiorem.
- 9 In Regno requiritur, vt Iudex remittens causam Baronum, vel alij, debet præfigere terminum, infra quem expediat, sub pena Anocationis causæ.
- 10 Et terminum, infra quem debet remissus comparere apud Iudicem ad quem.
- 11 Vt remissio petatur à Iudicibus subditis eidem Superiori.
- 12 Vt inhibitio Iudicis Ecclesiastici in hoc operetur, debet fieri parte citata.
- 13 Vt exceptio usuraria prauitatis sit vera.
- 14 Iudex debet considerare efficaciam Iuramenti.
- 15 Inhibitio obtenta cui prodest.
- 16 Vt remissio fiat honestè.
- 17 Vt non fiat à Iudice competenti ad incompetentem.
- 18 Vt fiat inter Iudices habentes iurisdictiones separatas.
- 19 Vt seruetur consuetudo loci delicti.

Pura ad huius remissionis validitatem de necessitate requiruntur, vt ex infrascriptis patet.

- 1 Requiritur, vt Iudex delicti petat hanc remissionem, vt probat text. in §. si vero comprehensorum in auth. vt nulli Iudicum collat. 9. tex. in clem. fin. & ibi glos. in v. de mora de re Iudic. & text. in c. 1. de Raptoribus, Couar. in li. pract. quæst. c. 5. r. nu. 4. & c. 3. num. 5. Diaz pract. crimin. c. 8. 9. & 10. Boff. in c. for. comp. nu. 46. Guid. Pap. in decif. 202. in princ. Clar. in lib. 5. sententiarum §. fin. q. 36. in fin. Episc. minor. in sua praxi Episcopali in verbi reorum remissio in princ. & si hæc remissio non petatur à Iudice delicti, non tenetur Iudex detinens reum, illum remittere, Bart. Bal. & omnes DD. in l. 1. C. vbi de Criminibus agi oportet, Panor. in c. vlt. de for. compet. col. 8. Felyn. in c. ex tenore eod. tit. col. 6. n. 17. tamen Iudex detinens potest reum illi remittere etiam si non petatur ex quadam vrbantitate ad Iudicem delicti, Abb. in conf. 24. lib. 1. & DD. locis citatis, & sic venit intelligenda declaratio Sacre Congregationis Illustrissimorum Cardinalium super Conc. Trid. 138. vbi dicitur, quod Presbyter delinquens in sua diocesi, si in alio loco reperitur, debet ad suum Episcopum remitti, Cappella Tholofana in dec. 320. Franc. Marcus in dec. 83. num. 2.
- 2 Requiritur, vt constet crimen de quo agitur fuisse commissum l. 1. §. item illud ff. ad Senat. Consult. Syllanian. Petr. Iacob. in tit. de success. Regni Franciæ in §. est, & aliud verbi est notandum, Gamma in dec. Lusitan. 363. nu. 4. Card. in clement. pastoralis in §. denique in verbi. vlt. de sent. & re iudic. Oldrad. conf. 133. Guid. Pap. in dec. 202. Blanc. in sua praxi crimin. sub rubr.

- rubr. de probat. Rota Lucensis in dec. 39. per totam glos. magistra in clem. pastoralis de sent. & re iudic. Franc. Marc. in dec. 79. n. 7. Guid. Pap. in d. decif. 202. nu. 1. vers. 2. quod constet Clar. in sua pract. q. 38. vers. sed quod si Iudex.
- 3 Requiritur, quod constet crimen fuisse commissum in territorio Iudicis requirentis l. 1. vbi Bart. & Bald. C. vbi de crimin. agi oportet, Couarr. in lib. pract. quest. c. 11. n. 3. & de isto delicto, & in quo loco fuerit delictum perpetratum Iudex requisitus potest facere informationem antequam delatus remittatur, vt per glos. in Clem. pastoralis in verb. remitteret de sententia, & re iudicata, Guid. Pap. in cit. dec. 202. In secundo requisito, & Vrsill. in addit. ad Affl. in dec. 42. num. 4. in fine, sed hoc verum est, nisi Iudex requirens eadem Iudici requisito transmitteret Informationes super delicto, prout est fieri consuetum, ita Marfill. in sua pract. crimin. in §. opportune num. 37.
- 4 Requiritur, quod delatus non sit Vagabundus l. 1. & ibi Bart. iuncta glos. C. vbi de criminibus agi oportet, Abbas in c. fin. col. 8. vers. sed circa hoc quæro de foro compet. Duen. in regul. 338. in 4. limit. Farinac. in tit. de Inquisit. conclus. 6. num. 13. Calder. & Anania in c. 1. de raptor. Couarr. in lib. pract. q. c. 11. sub nu. 6. Fachin. li. 9. Controu. Iur. c. 15. per tot. Tartaglia in prax. M. C. V. in tit. de ordine Iudicij num. 6. Foller. in prax. crim. fol. 88. num. 105. in verb. conuassantur priuilegia, Guid. Pap. in sæpius citata dec. 202. Ioseph Ludouic. dec. Lucens. 16. n. 19. Peguer. in dec. crim. 3. nu. 10.
- 5 Requiritur, quod Inquisitus non sit per indicem detinentem condemnatus, ex quo condemnatus non remittitur, vt originaliter scripsit Salic. in l. 2. §. fin. in 2. col. n. 6. ff. de accusat. Bal. in l. exequutorem C. de exequut. rei iudic. Cin. in l. relegatorum §. interdicere ff. de interd. & Relegat. facit tex. in l. additos C. de appellat. Angel. in auth. si verò criminis in princ. C. ad l. lul. de adul. Soccin. nepos in c. 1. de Raptoribus n. 8. Affl. in constit. Regn. in rubr. 41. n. 12. Couarr. in loc. superius citato nu. 6. vers. 6. Cassan. in consuetud. Burgundie rubr. 12. n. 19. Gram. in dec. 26. n. 5. vbi testatur de facti contingentia, & ratio communiter redditur, nam remissio fit de condemnando, & non de condemnato, vt ait Episc. Minorens. in sua praxi Episcopali in vers. reorum remissio n. 4.
- 6 Requiritur, quod ipse delatus non sit accusatus de hæresi, quia tunc vbique pro tali crimine venit puniendus, nec fit remissio, Bart. in l. si remissionum n. 3. in 2. col. ff. de furtis Butricaria in l. Arriani C. de hæret. in 3. notab. Clar. in li. 5. sententiarum §. hæresi n. 18. vers. scias tamen, Guid. Pap. in dec. 202. num. 3. Carrer. in pract. crimin. in tit. de hæret. n. 68. Abb. in c. fraternitati de hæreticis nu. 10. in 2. col. & ratio est, Tribunal Domini Nostri Iesu Christi, Ioannes And. & Franc. in c. vt commissi post glosam ibi in verb. procedi de hæreticis lib. 6. Guid. Pap. in dec. 202. Cassan. in consuet. Burgundie rubr. 72. num. 17. Nam qui Diuinam lædit Maiestatem, omnem creaturam offendit l. Manichæus C. de hæret. Couarr. in lib. pract. quest. c. 11. num. 12. quod procedit quando non fuit petita ab Inquisitoribus loci delicti, vel quando hæreticus vtrubique palam, & publicè, vel vt vbique occultè delinquit, secus si hic hæresim hæreticus per actum exteriorem commiserit, & in alium locum fugerit, vbi animo tantum prauo sine exteriori in eadem hæresi perseuerauerit; nam in hoc casu remissio faciendâ est, vt scripsit Roias in tract. de hæret. in sing. 173. & eandem opinionem sequitur Duen. in reg. 378. limit. 7. Couarr. in pract. q. c. 11. sub nu. 12. & est communis opinio 2. Cartar. in tract. de execut. sent. c. 1. n. 45.
- 7 Requiritur, quod non commiserit crimen penes Iudicem, penes quem detinetur, quia antequam remitteretur debet fieri de tali crimine punitio l. si autem §. fin. & l. fin. ff. de accusat. Bald. in l. 1. c. vbi de criminibus agi oportet, Alex. in l. a diuo Pio §. sententia num. 27. ff. de re iudic. Fachin. lib. 9. controuers. Iur. c. 25.
- 8 Requiritur, quod remissio non sit à Iudice superiori ad inferiorem, nam non procedit de maiori ad minus, Oldrad. conf. 124. Couarr. in lib. pract. quest. c. 11. n. 10. Panor. in conf. 24. nu. 2. vol. 1. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 12. n. 16. & probat tex. in l. ad principium ff. de appellat. ad cognitionem ff. quibus ex causis, & c.
- 9 Requiritur in Regno, quod Iudex remittens Causam Baroni, vel alio debet præfigere terminum, infra quæ expediat sub pœna Auocationis Causæ, Ifern. in c. Imper. 3. propterea col. 6. de prohib. alienat. feud. col. 6. Federic. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 11. fol. 26. Ann. singul. 269. incipit Iudex remittens minimo dari non debet secundum Geminian. in c. Romanam §. contraheutes in 6. de foro compet. Calderin. in ca. 1. de Reçtorib. Abb. in cap. fin. vbi testatur de Comm. de foro compet. num. 15. Cappell. Tholos. in decif. 319. & est communis opinio relata per Addentes in d. decisione.
- 10 Requiritur, quod statuatur terminus, infra quem debet remissus comparere apud Iudicem, ad quem l. 2. §. si dubitatur, vbi Paul. de Castr. ff. de Iudic. Barb. in c. 1. de ordin. cognit. Felyn. in c. cum sit Romana vers. 4. col. 4. de appellat.
- 11 Requiritur, quod remissio petatur à Iudicibus subditis eidem superiori, Bald. in l. 2. vers. sed numquid c. de sacris fugitiuis, Oldrad. conf. 124. Franc. Marc. decif. 83. n. 3. part. 2. & in decif. 400. n. 9. Sessâ in decif. Regn. Aragon. 219. n. 8. Aufred. in additio. ad Capell. Tholos. 319. Peguer. decif. 2. nu. 6. Boer. decif. 29. Cepoll. conf. crim. 58. n. 2. Telsaur. dec. 90. n. 7. Clar. in qu. 38. vers. hoc tamen, Roland. conf. 60. n. 3. & 23. vol. 2. Cassan. in consuet. Burgund. fol. 365. n. 14. late Farin. in tit. de inquisit. q. 7. n. 29.
- 12 Requiritur, quod ad hoc vt inhibitio Iudicis Ecclesiastici operetur, debet esse parte citata, alias in hoc non releuat.
- 13 Requiritur vt exceptio vsurariæ prauitatis sit vera, & afficere possit imputatum, & sic habeat aliquam excusationem puta consuetudini, vel similibus, nam in isto casu non remitteret.
- 14 Requiritur, quod Iudex considerare debet efficaciam iuramenti, quæ est in primis, & ante omnia exequenda, & non prius causam remittere, Caroc. dec. 133. num. 21.
- 15 Requiritur, quod inhibitio obtenta proderit principali, & non fideiussori, contra quem executio fieri poterit, Berous q. 77. Menoch. conf. 24. quem citat idem Caroc. in allegata decif. vbi idem Caroc. dicit in multis locis hoc non seruari, & quod inhibitio seruiat loco citationis.
- 16 Requiritur, vt talis remissio fiat honestè, & non ignominiosè, dum traditur delinquens Iudici loci delicti, Couarr. pract. quest. n. 10. Arnon. singul. 36. Boer. decif. 303. & officialis remittens delinquentem ad proprium Iudicem, cum ignominia dicitur committere vim publicam, Bart. in l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica Alex. in l. lex Iulia ff. eod. & si esset Clericus esset excommunicatus, vt aiunt Dominic. & Franc. in c. si Iudex laicus §. fin. de sent. excommunicationis in 6. sequitur Carau. in rit. M. C. 235. qui refert, quandam Regentem M. C. V. fuisse priuatum ex offic. ex quo remiserat Clericum ad Curiam Ecclesiasticam cum catena in collo, quod dicit citatus Carau. posse fieri quando casus id requireret, verum in fidelissima Ciuitate Neap. seruatur, quod Clericus remissus per M. C. V. consignatur procuratori Fiscali Curie Archiep. vnâ cum copia Actorum, qui habet curam illud duccendi ad Curiam Archiep. cum omni qua decet modestia, vt refert Genuensis in sua pract. c. 6. n. 7.
- 17 Requiritur, quod remissio non fiat à Iudice competente nti

- tenti ad Iudicem incompetentem, Boff. in tit. de for. compet. num. 12. Butr. in c. fin. num. 10. Feyn. de for. compet. Farinac. de Inquisit. q. 7. n. 37. & 38. vbi latissimè & monetur per tex. in c. de priuilegiis. 6. vt refert, & sequitur Peguer. decif. Catalon. 2. num. 8.
- 18 Requiritur, quod remissio delinquentium fiat inter Iudices habentes iurisdictiones separatas, quod procedit si illarum iurisdictiones dependentiam habeant ab vno Principe, vel Domino, nisi consuetudo extet in contrarium, Peguer. decif. Catalon. 66. nu. 8. licet ipse contrarium defendat ibidem, vel esset eiusdem Principis, sed illa ab eodem diuersis titulis possideretur, idem Peguer. cit. decif. nu. 10.
- 19 Requiritur, quod in Remissionibus delinquentium ad locum delicti consuetudo venit seruanda, Oldrad. conf. 124. Caltr. conf. 309. nu. 1. & 2. Angel. in l. hares abfens ff. de iudic. & in l. solent de custod. reorum, Pannormit. conf. 24. & concordant omnes moderni, qui de hac materia scripserunt, prout refert, & sequitur Peguer. decif. 66. n. 9.

RESOLVT. DCIV.

Casus, in quibus cessat remissio delinquentium.

- 1 Cessat, quando captus est repertus in alio loco, quam in eo, in quo furatus est. 2 Cum Iudex præuenit in citatione reali. 3 In criminibus leuioribus. 4 In crimine læsæ Maiestatis. 5 Falsæ monetæ. 6 Claustrum. 7 In varijs casibus, de consuetudine generali.
- 1 Cessat quando captus est repertus in alio loco, quam in eo, in quo furatus est, nam potest ratio ne nouæ contræctionis in alio loco puniri, Bart. in l. si Dominum ff. de furtis, Capic. decif. 104. Iacob. in l. si adducta C. de furtis, Fulgof. conf. 149. Socin. Nepos in c. 1. de Raptor. Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 44. nu. 5. Bald. in conf. 150. vol. 3. Marfil. conf. 30. nu. 4. vol. 1. & in conf. 136. num. 15. vol. 2. Barbat. in c. postulant. n. 446. de foro competenti, Clar. lib. 5. sentent. §. fin. qu. 38. vers. tuncis nu. 16. fol. 365. vbi ponit hanc esse communem opinionem, Ann. in singul. 438. Couarr. c. 20. lib. 2. var. resol. n. 15. vers. 28. Francus in dec. 37. Franc. Mare. dec. 176. Farinac. in tit. de inquisit. qu. 7. n. 7. limit. 4. Boeriu. dec. 218. Fachin. lib. 9. ca. 19. Controu. Iuris, Peguer. in decif. 130. & Rubinus in dec. 22.
- 2 Cessat remissio quando Iudex præuenit in citatione reali, seu capture, & in causâ cognitione, Iacob. de Rauen. & Alber. in l. hares abfens §. si qui tutela ff. de Iudicijs n. 8. Iacob. de Bellouif. in repetit. c. 1. §. cōtra-hentes n. 121. de for. comp. Ancharan. in c. postulant. n. 14. eod. tit. & in c. 2. de Constitut. n. 8. in 6. Ant. Fab. in dec. 2. C. de in ius vocando, Couarr. loc. cit. n. 9.
- 3 Cessat remissio in Criminibus leuioribus. Cin. in auth. quo in prou. C. vbi de crimin. agi oportet, Cappell. Tholof. dec. 319. glot. in c. fin. de for. compet. in vers. Ratione delicti, Couarr. loc. cit. n. 6. vers. 8. Boer. dec. 29. de Franc. in dec. 168. num. 50. Borell. in specul. Principis rubr. 11. §. sed quod prædiximus, Franc. Marc. in dec. 400. n. 1. vol. 1. Duen. in reg. 378. limit. 3.
- 4 Cessat in Crimine læsæ Maiestatis, vt est constitutio huius nostri Regni, incipit statuius, Tartagl. in sua pract. M. C. V. in tit. de ordine Iudiciorum c. 8. num. 1. Gigas in tract. de Crimine læsæ Maiestatis qu. 8. nu. 6. Boffius in tit. de foro compet. fol. 88.
- 5 Cessat Remissio in Crimine falsæ Monetæ, Abbas in c. quanta in 2. col. n. 6. de iure iur. Farinac. in tract. de carcer. & carcerat. n. 16.
- 6 Cessat in crimine claustrum, vt probatur in c. nostri Regni, qui incipit claustrum, & ibi Niger. fol. 6. Foller. pract. crimin. fol. 13. num. 2. Iaf. in l. clam. num. 2. Iaf. in l. clam. in 2. colum. n. 6. ff. de acquir. possess.

- 7 Cessat de generali consuetudine nõ procedere, quia remissio delinquentium non fit, vt voluit Bald. in l. requirendum col. 3. C. de seruis fugitiuis, Angel. in l. hares abfens ff. de Iudic. Socc. Sen. in reg. 335. fallent. vlt. Bart. in l. sepulchri n. 3. ff. de sepulchr. violat. Abb. in conf. 24. Gram. dec. 26. & ceteri per Iulium Clarum. in q. 38. nu. 20. quæ tamen procedunt in tribunalibus diuersis dominis subditis, vt est Respublica Venetiarum, lecus tamen si remissio peteretur in tribunalibus sub vno Principe subiectis, vt in Regno nostro, nam si Baro requiratur a Iudice delicti, & si remittere neglexerit, potest cogi a supremis Tribunalibus ad petitam remissionem Bal. in l. 2. col. 2. C. de seru. fugit. & in l. vnic. C. vbi de Crimin. agi oportet, & ratio est, quia, de more non solent fieri istæ remissiones de locis non subditis eidem superiori, vt dicit Angel. in auth. si vero C. de adulter. dicens, quod hodie fit remissio in locis subditis vni Præsidi, Gramm. dec. 26. n. 5. Apostill. ad Cappellâ Tholofanam in dec. 319. per tot. Clar. in d. q. 38. n. 20. Veronenf. in conf. crimin. 58.

RESOLVT. DCV.

Cuius expensis fiat Delinquentium Remissio.

- 1 Remissio delinquentium faciendâ expensis eorum, quorum instantia fit. 2 si non petatur ad instantiam partis, sed Iudicis ipsius Inquisiti, tunc fiat expensis Iudicis. 3 Inquisitus debet facere expensas, & si solvendo non sit, soluat Actor. 4 fiat vel iuxta consuetudinem regionis, si qua adest. 5 Vel inspiciatur, quod fuerit conuentum inter contrahentes.

Illud principale est querere in hac remissionis materia, cuiusnam expensis delinquentes ad eorum Iudices competentes remitti debent, in qua quæst. vt ordinatè procedam, tres reperio varias Doctorum sententias.

- 1 Prima est illorum volentium remissionem esse faciendam expensis eorum, quorum instantia fit, & hæc sequuti sunt Bal. conf. 329. vol. 2. Alex. conf. 73. vol. 1. Corn. in tit. de inquisit. n. 12. in 9. limit. Dec. conf. 100. eo. vol. & Reliqui apud Mandell. conf. 225. vol. 2. quarum sententia fundamenta sunt. Primo ex tex. in l. fin. C. de erogatione militari, Annon. lib. 1. vbi custodia pro obsidione delinquentis in Ecclesia debet fieri petentis ipsam custodiam expensis; Secundo per tex. in l. quoniam C. de testibus, vbi petens examinari testes abfentes, debent sumptibus ipsius vocari testes in Iudicio, vt voluit etiam tex. in cap. mulieris de Iudicijs in 6. Tertio per tex. in l. sed si §. fin. ff. ad exhibendum, vbi actus in dubio debet explicari sumptibus petentis, sequitur Veraldis decif. 92. vol. 1. Balbus decif. 173. hinc est, quod expensis petentis consilium transmittenda est causa consultori. Bar. in l. si postlauerit in 2. col. ff. de adulter. Iaf. in l. ad egregios nu. 2. ff. de Iur. iurand. & quando procurator abfentis petit transmitti Iusiurandum, eius principali abfenti est transmittendum sumptibus petentis, secundum Bald. in l. cum sapè, C. de erogat. milit. Annon. Menoch. de arbitris Iudicum lib. 2. centur. 3. n. 5. & 6. Rubin. dec. 23. vol. 2. & in proprijs terminis de petente remitti carceratum, vt sumptibus petentis fit fienda remissio, vide Bald. in l. eos C. de appell. Boer. in dec. 103. num. 5. & 12. Capp. Tholof. decif. 100. Ioseph Ludou. dec. 74. vbi ampliat procedere etiam si ipsemet captus peteret se remitti proprijs expensis, sequitur Boer. cit. dec. n. 12. & idem censendum est de Episcopo petente sibi remitti Clericum a laico captum, nam expensis ipsiusmet Episcopi petentis sibi fieri remissionem faciendâ est, Carau. tit. 182. Ioseph Ludouic. & Boer. citatis locis ad idem extenditur decisio de

fio de Franch. 332. vbi expensis Baronis petentis remissionem eius Vasalli facienda est remissio, sequitur Capib. in pragm. 18. de auth. Baronum numer. 30. & denique, quod omnes actus Iudiciales sunt fiendi expensis petentis; est videndus Afflict. in dec. 177. Ann. singul. dec. 405. Rot. Lucens. dec. 11. Corin. Tanus dec. 80.

2 Secunda est opinio, quod si non ad Instantiam partis petatur, sed Iudicis ipsius inquisiti, & tunc Iudex soluere debet expensas, & hanc tenuerunt Bald. in c. 1. §. si Iudex de pace tenenda, Afflict. in constit. Regn. Capitaneorum in 4. notab. num. 6. in fine, & idem Bald. & Salyc. in l. eos in fine C. de appellat. Iacob. de Beluif. in pract. Iudic. in vers. Remissio reorum n. 15. circa medium, Boer. dec. 103. n. 5. & 12. Cappell. Tholof. dec. 10. vbi Aufser. in addit. Guid. Pap. dec. 211. nu. 3. cum alijs, quos latissime probat Couarr. in lib. pract. q. c. 11. Carau. in tit. 135. nu. 13.

3 Tertia est opinio Boc. dec. 303. num. 12. vers. quid sit dicendum, vbi tenet, quod ipse inquisitus debet facere expensas, & nisi soluendo non sit, soluat Actor, quam opinionem amplexi fuerunt Bafs. in tit. de for. compet. num. 74. Aufser. in addit. ad Cappell. Tholof. dec. 300. in fine Marfil. in pract. Crimin. §. diligenter n. 18. Carau. tit. 135. post n. 13. & citatus Boer. in consuet. Burgund. Borrell. conf. 21. n. 15. vbi refert plures opiniones in tit. de Iurisdictione omnium Iudicum §. 29. in fine mouentur per text. in l. lex Cornelia, & alia in §. si quis librum, ibi primum constituitur ff. de Injur. Bart. in l. lex Cornelia in fine ff. ad Syllanian. vbi informationes, & alia suffragia Iustitiae expensis Carcerati fieri debent si culpabilis est, & sit soluendo, fin autem expensis Accusatoris, aut instigantis, & ipsis deficientibus teneretur ipsa Curia, & pro comprobatione huius questionis facit, quia Carceratus appellans, & petens se mitti ad Iudicem, ad quem debet expensis sui ipsius transmitti, & si non est soluendo expensis Iudicis, a quo ut dicit Bal. in l. generaliter §. his de present. nu. 4. C. de reb. Credit. Ioannes Faber. in l. minimè C. de appell. Alex. ad Bart. in l. iubemus C. de Sacrof. Eccl. Aufser. ad Cappell. Tholof. cit. dec. 100. Carau. d. rit. 135. post n. 14. & glot. in Clem. quamuis verum expensis de appell. & ante omnes in hoc idem voluit Odofred. in l. 1. C. de requirend. reis, & hac sententia posset meo quidem Iudicio probari, quia culpa ipsius Carcerati delinquentis debet suo superiori obesse circa petitionem remissionis ipsius, quia alteri per alterum minimè debet iniqua conditio dari, l. non debet alteri ff. de regulis Iuris.

Adde etiam alios hanc opinionem sequentes. s. Affinium in pract. in tract. de expens. §. 32. num. 2. & seqq. ampliat. 61. Alex. Bar. & Angel. in l. lex Cornelia §. si quis librum ff. de iniurijs.

Hæ sunt variae Doctorum opiniones, tamen ultra eorum opiniones distingue illas conclusiones.

4 Primò, quando adfit particularis consuetudo alicuius regionis, per quem declaratur, cuius expensis remissio esset facienda, nam tunc illa est obseruanda, dummodo Ius non resistat arg. tex. in c. certificari de Sepulturis. Aufserius ad Cappell. Tholof. in dec. 482. Doctores in l. de quibus ff. de legib. & in contrahibus inspicitur locus eiusdem contractus, l. si fundus, ff. de euct. Grat. in reg. 309. per tex. in l. semper in stipulat. ff. de reg. Iur. vbi semper in stipulationibus, ceterisque contractibus inspicitur, id quod per consuetudinem inductum fuit Fab. de Ann. in conf. 54. vbi latè Paul. de Caltr. in conf. 32. Alex. in conf. 41. lib. 5. n. 4.

5 Secunda sit conclusio, quod quando non constaret de particulari consuetudine, tunc inspicere, quod fuerit conuentum inter contrahentes, quoniam in contrahibus principaliter, quod actum est a partibus, est attendendum l. sed Celsus §. si fundus, ff. de contrahend.

empt. vbi dicitur, quod in contrahibus potius id quod actum est, quam id quod dictum est sequi debemus, & facit text. in l. fin. C. plus valere, quod agit, vbi semper inspicitur, quod actum est, & iustum esse voluntates contrahentium attendere, vult text. in l. fin. C. quæ res pignori obligari possint, & l. in conuentionalibus, ff. de verb. significat. l. in promittendo, ff. de iure dotum.

6 Adde ad primam opinionem s. cum teneri ad impensas, cuius gratia celebratur, ut est text. expressus in l. sed si hæc dicas §. 1. ff. ad exhibendum, ex quo prouenit, quod debitor ad instantiam creditoris carceratus, eius expensis alimentandus est, quod procedit quoties non haberet unde se alere. Valasc. in dec. 1. n. 8. vbi latè Boer. dec. 303. Affl. in dec. 71. & facit Decisio Delphinatus per Franc. Marc. in dec. 234. vbi expensis petentis quem carcerari, carcerandus est, & dec. Cacher. 45. vbi expensis petentis depositionem, tellium absentium examinari debent, & sic sequitur Boer. in dicta decis. 303. Rot. Perusina decisio. 54. & istam opinionem s. quod tenetur petens facere expensas tenuit Guid. Pap. in dec. 221. Vrsill. in dec. 71. Boer. dec. 324. & Corsetus in verbo expensæ.

RESOLVT. DCVI.

In materia Remissionis vtrum forum delicti dicatur principalis.

- 1 Delicta cognoscuntur per iurisdictionem Iudicis originis, Domicilij, Delicti, & Locij in quo quis magis versatur.
- 2 Forum tamen Delicti dicitur principalis.
- 3 Tum quia est regula generalis, quod delinquens ratione delicti sortitur forum in loco in quo delinquit.
- 4 Et Iudex originis non potest facere, quod per se subditus originarius puniatur, qui in alijs territorijs delinquit.
- 5 Et per delictum offensa est Iurisdictioni territorij delicti, & non originis.
- 6 Et delinquentes in loco delicti puniendi sunt.
- 7 Immo, & privilegiati delinquentes amittunt privilegium, & puniuntur à Iudice delicti.
- 8 Hinc, Forum delicti in remittendo præferri debet loco originis.
- 9 Et si Iudex domicilij inquirat, & inquisitum caperit, & petatur remissio à Iudice originis, & loci delicti, remissio fiet potius Iudici delicti, quam originis.
- 10 Si tamen Iudex domicilij præuenit Iudicem delicti in cognoscendo, tunc Iudex fori originis præfertur.
- 11 Delinquens, licet ratione delicti efficiatur de foro Iudicis, vbi delinquit, non tamen efficitur propriè subditus illius.
- 12 Vbi delictum habuit inditum in loco originis, tunc Iudex originis præfertur.

Q Væritur in hac questione, an forum delicti in materia Remissionis principalior sit respondetur, quod licet delicta cognoscantur per iurisdictionem Iudicis originis, domicilij delicti, & loci, in quo quis magis versatur l. 1. C. vbi de Crimin. agi oportet, vbi omnes scribentes, & c. licet, & c. postulat, vbi Abb. de for. compet. cap. offique, vbi Butr. de elect. Ioann. Andr. in c. cum nulla in fin. de temp. ordin. n. 6. Soccin. Nepos in c. postulanti in 3. col. circa fin. de for. compet. Marfil. in pract. crimin. c. 33. n. 18. Ludou. in pract. crimin. c. 95. in fine Couarr. in lib. pract. quæst. c. 10. post n. 6. & de foro quem delinquens sortitur est text. in l. incola ff. ad municipales, & de foro ratione domicilij est tex. in l. 1. ff. de interdict. & relegat. in ca. licet de foro compet. & in l. relegatorum §. intercedere, autem, & ibi glot. cit. tit. de interdict. & releg. & de foro quod quis sortitur ratione loci delicti est particulariter tex. in l. 1. C. de Iurisd. omn. Iudic. ca. 1. vbi glot.

- glof. & omnes extra de raptor. auth. qua in Prouinc. C. vbi de crimin. agi oportet ca. fin. & ibi glof. de for. compet. l. 1. & l. si cui §. pen. ff. de accusat. l. 1. C. vbi fenerator. vel Clarissimi l. n. l. de custodia reorum, & generaliter, quod in istis modis iurisdictioni delinquens supponatur iudicis inquirentis, volunt Panor. in c. eum contingant col. 2. de for. competent. & conf. 24. vol. 1. col. 2. Gram. conf. 27. nu. 2. Ceual. in q. 678. Boer. dec. 270. nu. 2. Clar. in sua pract. in quaest. 38. & 39. in vers. fortitur autem, & in quaest. 85. in initio, Roland. conf. 19. vol. 2. num. 3. Dec. conf. 93. num. 9. lib. 1. ornate Covarr. in lib. pract. quaest. c. 2. t. n. 3.
- 2 Nihilominus forum delicti dicitur principaliter, Ioannes Andr. in ca. 2. de constitut. in 2. col. vers. noscatur, Artam. in sua pract. obseru. 6. tit. 50. fol. 356. Viuius in sylua Commun. opin. opinio 420. nu. 4. Clar. in sua pract. Crimin. in tit. vbi de crimin. agi oportet, quem citat ad hoc Farinac. in tit. de inquisit. quaest. 7. n. 1. in medio, & in eo potius est facienda remissio delinquentis, quam in loco originis, Bal. in l. de quibus in §. 9. ff. de legat. Paul. de Castr. in l. 1. in 3. notabili C. vbi de crimin. agi oportet l. 1. in l. si plures n. 6. & sequent. ff. de pact. Butr. in c. 1. in fin. de raptor. Marfat. in c. postulasti in 3. col. vers. quoad primum Articulum de foro compet. pro qua opinione adduco glofam communiter approbatam in l. haeres abfens ff. de iudicijs.
- 3 Secundo adducitur, illud quod notat Alber. in auth. qua in Prouinc. C. vbi de crimin. agi oportet, vbi noluit forum delicti dici potissimum forum delinquentis per tex. in Auth. vt nulli iudicum §. si quis comprehensorum, quod comprobatur, nam generalis est regula, quod delinquens ratione delicti forum fortitur in loco, quo delinquit l. fin. ff. de accusat. & ideo oritur, quod illic accusatio debet capi, vt probat tex. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet, & hinc euenit postea, quod Iudex alicuius Prouinciae, habet fundatam iurisdictionem suam, contra delinquentes in ea. Ratio autem ea est, nam post Principem habet maius Imperium in ea Prouincia secundum textum proximè citatum in §. si quis comprehensorum l. 3. ff. de off. praesid. c. si illic 23. quaest. 4. vbi habetur, quod ibi vindicetur iniuria, vbi plebilis est orta praesumptio ca. 1. de raptor. c. si peccauerit 2. quaest. 1. vbi notatum habetur, quod ibi moriatur, vbi contingit malum, quod adeo verum est, quod si in vno actu plura sequerentur delicta in diuersis territorijs facta, quia in singulis territorijs per Iudices illorum locorum poterit puniri, Bar. in l. si Dominicum, ff. de furt. Abb. in c. 1. de raptor. n. 11. Boer. dec. 13. n. 47. Castr. conf. 458. Guid. Pap. qui asserit de communi in dec. 202. licet hoc in Iure cautum non sit, sunt enim innumeri, qui aliter sentiunt, vt late apud Marfil. in l. fin. ff. de iurisdic. omnium Iudic. n. 212. vbi defendit contrarium, & idem procedit in seruo, qui potest puniri a Iudice delicti, etiam, quod in alio territorio habitet, imo Dominus in eo loco tenetur Dominis exhibere seruum delinquentem, tex. est in l. fin. ff. de noxal.
- 4 Tertio, facit, quod Iudex originis non potest facere, quod per se subditus originarius puniatur, qui in alijs territorijs delinquit. Marfil. in conf. 66. nu. 3. Alex. conf. 111. nu. 2. Laur. de penis inter conf. Ziletti 103. Marfil. proximè citatus in conf. 110. vbi testatur de communi, quam etiam refert Gram. dec. 26. n. 6. vbi dicit non solum esse communem opinionem Canoniorum, sed etiam Legistarum, Thesaur. dec. 90. num. 2. quod alia ratione esse non poterit, nisi quia forum delicti praefertur foro originis.
- 5 Quarto adde, quod decidit Hyppol. aliàs citatus in l. fin. nu. 135. & 138. ff. de quaestionibus, vbi putat ea ratione forum delicti praefertur foro originis, quoniam per delictum ostensa est iurisdic. territorij delicti, & non originis.
- 6 Quinto facit, quod delinquentes in loco delicti puniendi sunt vt supra conclusum est, & ultra dicta ibi, adde text. in l. capitalium §. famosi ff. de penis l. fin. vbi Bald. ff. de noxal. Bald. in l. 1. de fin. ageribus non rumpendis, Soc. iun. in repet. c. qualiter, & quando num. 260. de accus. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 99. n. 6.
- 7 Adde etiam quod in tantum procedunt supradicta, quod priuilegiati delinquentes amittunt priuilegium, & puniuntur a Iudice delicti, gl. in art. 1. qua in Prouincia. C. vbi de crimin. agi oportet, & in c. fin. de for. compet. & facit decisio Illustris, de Franch. 681. Ricc. collect. dec. 48. & 283. vbi Iudex loci delicti praefertur, ergo est principalior.
- 8 Ex his ergo relatis puro indubitatum esse hanc opinionem, scilicet forum delicti in remittendo praefertur loco originis, quam amplia etiam vbi delinquens esset in potestate Iudicis, quia tunc forum delicti praefertur in remittendo foro originis, Calder. & Abbas in cap. fin. col. 9. in for. compet. Covarr. in lib. pract. quaest. c. 1. t. in vers. in delictis. Plaga in libro delictorum c. 3. nu. 8. Marfil. sing. 83. Soc. iun. vbi supra n. 4. Din. in l. Iurisperitus §. cum oriundus in princ. ff. de excusat. Guid. Pap. in dec. 104. num. 3. & secundum hanc opinionem fuisse decisum in S. C. Neapol. testatur Dominus de Franch. dec. 37. per tex. in §. autem in auth. de defensor. Ciuit.
- 9 Ex qua ampliatione infero, quod si Iudex domicilij inquirat, & inquisitum coeperit, & petatur remissio a Iudice originis, & loci delicti tenetur remittere, sed remissio potius fiet Iudici delicti, quam originis, Iacob. in l. haeres abfens §. si quis tutelam ff. de Iudic. n. 1. Boer. decif. 28. in fin. Thesaur. dec. 90. post num. 4. Peguer. in dec. Catalon. 4. in 2. notab. Illustrissimus de Franch. in dec. sup. cit. 37.
- 9 Conclusio non principalis, scilicet quod forum delicti praefertur foro originis in tribus casibus venit limitata.
- 10 Primo limitatur, vbi Iudex domicilij praenit Iudicem delicti in cognoscendo, nam tunc Iudex fori originis praefertur, ita Bart. in l. & si amicis col. 1. n. 3. in princ. ff. de adulter. Bal. in auth. qua in Prouincia rubr. 6. C. vbi de crimin. agi oportet. Alber. in l. haeres abfens §. si quis tutelam in fine ff. de iudic. Abb. in ca. licet in fine de foro competenti, Soc. vbi supra, & Thesaur. in dec. 90. post numerum quartum.
- 11 Secundo limitatur, quod licet delinquens ratione delicti efficiatur de foro illius indicis vbi delinquit, tamen non efficitur propriè subditus illius, glof. in cap. nuper de sentent. excommunicat. & in clem. 1. in verb. domicilij forum, de Foro competenti, Bal. in l. 1. in prima quaest. C. vbi de Crimin. agi oportet, Ioannes Andreas in c. 1. de priuileg. in 6. Din. l. Iurisperitus §. cum oriundus ff. de excusat. tutor. Paul. de Eleazar. in Clem. 1. in princ. de offic. ordinat. & Anchar. in c. postulasti in 2. quaest. & ibidem Soc. iun. de for. compet.
- 12 Tertio, & ultimo limitatur, vbi delictum habuit inditum in loco originis, nam tunc Iudex originis praefertur, & ratio potest esse, quoniam initium est inspicendum l. 1. ff. de origin. Iur. Bar. in l. 1. ff. de penis. Bal. in l. 1. C. de eunuchis in fine, Belloga in speculo Principum in tit. de Amort. Rubric. 14. fol. 84. Cardin. Iacob. in tract. de lib. 5. art. 8. Apostilla ad Guid. Pap. in dec. 104. sed haec limitatio non admittitur, & illud reprobat Illustris de Franch. in dec. 37. n. 4.

RESOLVT. DCVII.

An Iudex cui fit remissio delinquentis teneatur stare processui facto per Iudicem remittentem.

- 1 Iudex, ad quem fit remissio delinquentis stare non debet processui facto per Iudicem remittentem, si is fuerit incom-

incompetens.

- 2 *Amplia in Iudice Ecclesiastico, qui non stat processui facto per Iudicem secularem.*
- 3 *Et in Iudice seculari, cui remittitur Clericus degradatus, non enim stat processui facto per Iudicem Ecclesiasticum.*
- 4 *Et in imploratione brachij, nam Iudex laicus, cuius brachium imploratur, non tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici, nisi imploret pro executione sententiae latae, & num. 6.*
- 5 *Et in executione, quae non debet exequi alio non quaesito, & processu non viso.*
- 7 *In crimine haereticus, Iudex secularis, cui traditur puniendus haereticus, tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici.*

1 **S**epissime dubitatur in tribunalibus, an Iudex cui fit remissio delinquentis stare debeat processui facto per Iudicem remittentem, & communiter concluditur in l. fin. C. si a non competenti Iudice in partem, negatiam, tanquam factum a non competenti Iudice, iux. decif. Cappellae Tholofae 425. & Iaffredi 104. & propterea novus est formandus processus per Iudicem requirentem, Farinac. de Inquisit. quaest. 7. nu. 43. & seq. Artaman. dec. 4. de delictis, Guid. Papae dec. 202. & in decif. 419. n. 1. & generaliter, quod non debet stare processui Iudicio remittentis est videndus, Bart. in l. diuus in 1. col. ff. de custod. reor. & in l. non dubium ff. eod. & hanc esse communem opinionem scribit Dec. in c. at si Clerici de Iudicijs post Speculum in tit. de comp. Iudice in principio, & eandem opinionem nuncupat communem Viuius opin. 123. Clar. quaest. 36. n. 44. Cepol. conf. 1. n. 13. Gram. conf. 42. nu. 1. quam opinionem sic firmatam amplia, & limita in infra scriptis modis, &

2 Primo in clerico ad Iudicem Ecclesiasticum per Iudicem secularem remissum secundum communem opinionem, de qua testatur Dec. in cit. cap. at si Clerici in 3. col. Bal. in auth. si Clerici C. de Episc. & Cleric. Ruin. conf. 124. in princ. Auferius de potestate Iudic. secularis sup. Ecclesiastic. reg. 4. num. 31. Cartar. qui similiter de communi testatur de exequut. sent. c. fin. num. 4. & 5. & Farinac. loco supra citato, late Couarr. in libr. pract. quaest. c. 33. num. 7.

3 Amplia secundo in Iudice seculari, cui remittitur clericus degradatus, nam non tenetur stare processui facto per Iudicem Ecclesiasticum, quia de nouo cognoscere potest, & haec est communis opinio relata per Felyn. in d. c. at si Clerici in princip. n. 4. post Bart. in citata l. non dubium, Bal. in l. placet in fine C. de Sacrof. Ecclef. Cagnol. in l. cum quaedam puella num. 63. de iurisdic. omnium Iudic. Bart. dec. 90. in princ. Guid. Pap. dec. 574. Foller. pract. crim. §. pen. num. 56.

4 Tercio amplia in imploratione brachij, nam Iudex laicus cuius brachium imploratur non tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici. Innoc. in c. in fine de offic. ordin. Ifern. & Affl. in progm. constitut. Regni post mundi machinam in glos. in verb. gladij n. 58. Barbof. dec. 88. Gram. conf. Ciuil. 109. col. 1. Marant. in suo specul. in disp. 1. n. 26. Couarr. in libr. pract. quaest. cap. 10. post principium. Felyn. in c. Significasti col. 2. in fine de offic. deleg. hoc tamen non procedit, quando implorant brachium pro executione sententiae latae per Ecclesiasticum super Bal. in auth. Clerici in princ. C. de Episc. & Cleric. Salyc. in l. ea quidem quaest. 10. C. de accusat. Angel. in leg. 1. in princip. C. de exhibend. reis, Iaf. in leg. magistratibus in 2. col. in medio ff. de Iurisdic. omn. Iudic. & Boer. dec. 90. in principio.

5 Amplia quarto, etiam in executione, quae non debet exequi alio non quaesito, & processu non viso iuxta late tradita per Bart. & communiter per DD. in l. a Diuo Pio §. sententiarum ff. de re Iudic. & in l. 1. C. de

iur. & fact. ign. Paul. de Cast. in conf. 127. in fine. Felyn. in c. de cetero in 1. & 2. colum. de re Iudic. & in c. cum sit generale col. 6. verf. 2. de for. competent. & Bols. in tract. de foro competent. post n. 87. & ad praedicta est optimus tex. apud Canonillas in c. pastoralis §. quod autem de offic. delegati.

6 Limita principalem conclusionem, & sic quod Iudex loci cui fit remissio, non teneatur stare processui Iudicis remittentis, & primo quando Iudex Ecclesiasticus peteret a seculari, vt solum sibi accomoderet familiam pro executione suae sententiae; nam omnes DD. dicunt, quod Iudex secularis non dicitur executor, & sic nullo modo potest cognoscere de viribus sententiae Episcopali, ita notabiliter vult Alciat. in c. 1. n. 120. de offic. ordin. Ioan. in sua prax. 2. ro. in progm. n. 9. Additio ad Diaz in pract. crimin. Canonica c. 154.

7 Limita secundo non procedere formato super crimine haereticus, nam Iudex secularis cui traditur haereticus puniendus, tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici, Abb. in progm. constitut. Regni post mundi machinam in glos. in verb. gladij num. 58. per doctrinam Panor. & post eum Imol. & c. in c. 1. extr. de offic. ordin. Salic. in leg. ea quidem quaest. 10. C. de accusat. Bal. in auth. Clerici C. de Episcop. & Cler. Angel. in l. 1. C. de exhibit. reor. Iaf. in l. magistratibus ff. de iurisd. omnium Iudic. & late Affl. in cit. loc. ubi dicit aliter procedere in ceteris sententijs, in tantum Iudex secularis dicere posset volo videre processum si fuit, & recte fuerit iudicatum per ea quae dixit Innoc. in d. c. 1. ext. de offic. ordin. & Ifern. in dicto progm. & idem sequitur Gram. conf. ciuil. 109. col. 1. & optime Marant. in disput. 1. num. 26. & Ratio ea esse videtur, nam Iudex laicus absque nouo processu tenetur exequi sententiam Inquisitoris fauore fidei ca. vt Inquisitoribus de haeret. lib. 6. Angel. in l. magistratibus ff. de iurisd. omn. Iudic. In alijs vero Criminibus, in quibus pena pecuniaria infligitur, vel alia lenis, idem est vt Iudex alius exequatur sine nouo processu, per tex. cum glos. in c. postulasti extr. de foro competent. & per notata per Ioannem Andr. in c. 1. mut. perit. in nouella, & in c. 1. de offic. ordinat. quod intelligendum puto quando sententia esset iusta, alias non teneretur exequi secundum Innocentium in c. cum in Iure extra de offic. delegat. fin. autem infligitur pena corporalis, vel altera magna, tunc poterit formari nouus processus.

RESOLVT. DCVIII.

A quibus, & quibus fiat remissio.

- 1 *Aliquando fit per Iudicem secularem Ecclesiastico.*
- 2 *Vel per Ecclesiasticum seculari.*
- 3 *Vel Magistro militum pro delicto a milite perpetrato.*
- 4 *Vel magno Admirato pro delictis maritimis.*
- 5 *Vel Collegio Medicorum.*
- 6 *Vel Iudici loci contrafectus.* 7 *Vel Reftori studiorum.*

Quaro a quibus, & quibus fiat remissio delinquentium Respondetur infra scripto modo; videlicet,

- 1 Aliquando fit per Iudicem secularem Iudici Ecclesiastico, cuius materia agitur in c. si Iudex laicus de sent. excommunicat.
- 2 Aliquando fit per Ecclesiasticum Iudicem Iudici seculari, de cuius materia agitur in c. licet, & in c. cum sit generale de foro competent.
- 3 Aliquando fit Magistro Militum pro delicto a Milite perpetrato, de qua in l. Magisteria ff. de iurisdic. ne omnium Iudic. & late Dominus de Franch. in dec. 88. Viuius in d. c. 254. Clar. in §. fin. qu. 35. Campagn. in c. Regn. emergentium 293. nu. 10.
- 4 Aliquando fit Magno Admirato pro delictis Maritimis, cuius materia agitur in cap. ubi periculum, ubi glos.

glos. de elect. tract. Frecc. in tit. de offic. Admirati Maris in princ. Illustris de Franch. in dec. 142. Bal. in tit. quæ sint regalia, vers. Armandæ, Luc. de Penn. in l. mulieruli C. de mulier. lib. 12.

- 5 Aliquando fit collegio medicorum, de qua per Affl. in dec. 41. vbi videas Vrsill. aliquando fit Superiori ali. cuius artis, cuius materia agitur in l. fin. C. de Iurisdic. omni. Iudic. Illustris de Franch. in dec. 175.
- 6 Aliquando fit iudici loci contractus, cuius materia, est in c. 1. §. contrahentes de for. compet.
- 7 Aliquando fit Reçtori studiorum, cuius materia habetur in auth. habita C. ne filius pro patre.

RESOLVT. DCIX.

Remissio delinquentium quomodo fieri debet.

- 1 Remissio fieri debet cum fida custodia.
- 2 Sine ignominia. 3 Quando dicitur cum ignominia.

QUæro quomodo fieri debeat delinquentium remissio, & Respondetur infra scripta obseruanda esse.
1 Primo, quod remissio fiat cum fida custodia, s. cum seruiantibus, vel cum catena in manibus, vel collo, Bal. in l. eos §. super his eod. de appell. Jacob. in l. quoties eod. de iudic. n. 8. Angel. in §. 1. in auth. de defensor. Ciuit. Hippol. de Marfil. in l. vnoquoque ff. de qq. n. 108. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 33. n. 5. Paris. in tract. de sindicatu in verb. remissio: limita tamen in clerico inquisito de leui delicto, quia tunc sine seruiantibus remitteretur ad Ecclesiasticum Iudicem, Bellon. conf. 57. n. 12. Aufrer. in decif. Cappellæ Tholos. 273. & in clem. 1. q. 2. num. 20. de offic. ordin. Cepoll. conf. 11. n. 17. Boer. concl. 303. circa finem, Garfias concl. 421. Carau. rit. 235. post n. 7.

Practica verò remittendi Clericum est, quod vbi Iudex Ecclesiasticus non est in loco iudicis remittentis capiat fideiussores idoneos, qui promittant talem Clericum assignare, & præsentare coram eo, & demum constituat aliquem procuratorem ad recipiendum, carceratum, & Iudex secularis consignet ipsum illi procuratori dimissa procuracione poenæ actæ, Carau. Rit. 235. n. 7. Boss. de for. compet. n. 20. Gulielm. Bene. dict. in c. Rayn. vers. & vxorem nomine Adalefiam concl. 2. n. 147. vers. prædicta de testamentis.

- 2 Alterum quod obseruari debet in hac remissione est scilicet, quod fiat absque ignominia, Bal. in l. Julia ff. ad l. Iuliam de vi publ. Bal. in l. fin. ff. de Custodia reorum, Gemin. in c. 1. §. contrahentes conf. 2. n. 3. de for. compet. Couarr. pract. quæst. c. 10. num. 12. Arnon. fol. 36. de Franch. decif. 37. & Carau. loc. cit. Foller. in pract. Crimin. verb. Audiantur excusationem post num. 43. hinc est, quod officialis, qui remittit delinquentem cum ignominia, dicitur committere vim publicam, tex. est vbi Bart. in l. vilia ff. ad l. Iul. de vi public. Bal. in auth. si vero col. 3. num. 6. Cod. de bonis autoritate Iudicis possidendis, Iaf. in l. falso 2. notab. C. si contra. Ius, vel vtilit. public. Hippol. Bonacosi. lib. communium opinionum vers. remissio, Gabr. Rom. de Crimine qu. 27. n. 30. vbi etiam dicit, quod officialis tenetur remittere delinquentem associatum, & periculo sui, allegat tex. in §. si verò, in auth. vt nulli iudicum, & Marian. Soccin. in c. postulasti vers. ad sextum de foro comp. & de tali remissione sic ignominiosè facta potest iniuria puniri, Dom. de San. Geminiani in c. si Iudex §. fin. de sent. excommunicat. in 6. Archidia. in quem poenitet vers. oportet de penitentia dist. 1. Petr. de Belug. in spetie principali, & tit. de præposit. grau. §. videamus n. 1. i. vsq; ad finem fol. 45. Bal. in aut. Si vno C. de bonis autoritate iudicis possid. Ang. in §. 1. auth. de defensoribus Ciuitatum ad finem, & dicit Paris de Put. in tract. de sindicatu in verb. remissio, quod quidā

Aloys. Ricc. Praxis Pars IV.

Regens M. C. fuit priuatus officio pro eo, quod cum ignominia remisit clericum ad suum Episcopum, vt referunt Carau. d. rit. 235. Boc. dec. 303. Clar. lib. 5. sententiarum §. fin. q. 36. & per hoc probatur cōsuetudo quæ extat in aliquibus Prouincijs, quod fiat talis remissio cum irrisione maxima, & plerumque cum mitra, & tubis sonantibus, vt testatur Angel. in l. Iulia ff. ad l. Iuliam de vi publica, Ioseph Ludou. dec. Perul. 29. n. 6. Clar. in §. fin. q. 36. fol. 129. num. 43.

- 3 Sed dubitari poterit quando dicatur fieri cum ignominia. Respond. quod vbi fieret cum mitra, vel tubis sonantibus, vel cum catena in collo, quoties casus hoc non requireret, tunc enim diceretur potius ob ignominiam, quam ob custodiam, ita Carauit. dicto rit. 236.

RESOLVT. DCX.

An remissio delinquentis sit facienda Iudici, qui nullam in delincente iurisdictionem habet.

- 1 Non est facienda Iudici, qui nullam in delinquentem iurisdictionem habet.
- 2 Cum Iudex est incompetens, captura est incompetens.
- 3 Qui nullam iurisdictionem habet, nullam potest infligere poenam.

PUNCTUS præsentis quæstionis est, si remissio delinquentis sit facienda Iudici, qui nullam in delinquentem iurisdictionem habet, & ad hoc vt bene decideretur, & quod possit excipi veritas, est aduertendū, quod in hoc DD. non sunt concordēs, nam reperiuntur due opiniones Doctorum, quæ contrariantur.

- 1 Prima fuit Butrij in c. vult. nu. 9. de foro competenti, qui voluit nullo modo remissionem posse fieri, quam opinionem sequitur Aret. de iudic. n. 12. & 13. Boss. vbi dicit de communi in tit. de foro competenti n. 52. & seq. Grat. dec. 26. Thesau. decisio. 90. post nu. 5. Fachin. in lib. controu. iur. c. 122. & Farinac. de Inquisit. 7. n. 37. & seq. vbi hanc quæstionem disputat, quorum opinio fulcitur ratione, & autoritate. Ratione enim probatur ex eo, quod dum quis est Iudex incompetens, captura censetur quoque incompetens facta, iuxta decisio. Thesaur. 217. Iosephi Ludouici 76. de Franch. dec. 415. & ideo vt in iuste captus debet liberari, & nō remitti per tex. in l. non est verisimile §. fin. ff. de eo, qui metus causa autoritate enim probatur per tex. in c. 1. de priuileg. in 6. vbi patet exemptum ad locum delicti esse remittendum, tamen non ab ordinario, à quo in eum nullam iurisdictionem obtinet. Ita etiam Peguer. in decif. 66. n. 19. vbi dicit de communi.
- 2 Probatur insuper alia ratione, nam remissio fit ad finem puniendi delinquentem, sed in eum, in quem nullam iurisdictionem habemus, nulla infligi potest poena c. à nobis de sentent. excommunic. ergo cessat remissio, quibus rationibus addas, quod qualitas, quæ tribuit iurisdictionē in primis, & ante omnia est probanda, Afflic. dec. 290. Misinger. cetur. 2. obser. 1. sed talis qui cepit delinquentē, nullā qualitatē verificauit, igitur nullam iurisdictionem in captū obtinere potest.
- 3 Altera sit opinio contraria aliorum, s. quod voluerunt posse fieri remissionem. Cuius authores fuerunt Calder. & Abbas in c. fin. n. 16. de foro competenti, & innumeri, quos refert, & sequitur Couarr. pract. q. c. 11. n. 6. Soccin. Iun. in c. postulasti n. 14. vers. non oberrat de foro competenti, Foller. pract. crimin. fol. 136. Clar. §. fin. quæst. 90. Peguer. dec. 2. in fin. mouentur per tex. in §. audient in authent. de defensor. ciuit. vbi Imperator per hæc verba audient quoque leuiora crimina, & castigationi competenti tradent, & eos, qui in maioribus criminibus capiunt, detrahentur in carcerem, & mittant ad Prouinciæ Præsidentem.

Tt R E

RESOLVT. DCXI.

An in leuibus delictis remissio locum habeat,

1 *Delicta grauiora, vel leuia, vel atrocissima.*

1 **P**RO huius questionis dilucidatione, antequam ad eius resolutionem deueniamus, est præmittendum delictorum quædam leuia, quædam grauiora, & quædam atrocissima reperiri, & licet certa regula non tradatur à DD. quænam dicantur delicta leuia, seu grauiora, nihilominus dicendum est, quænam dicantur delicta grauiora, vel leuia, remittendum esse arbitrio iudicis, vt per Socin. conf. 32. Dec. conf. 65. Barbat. conf. 48. vol. 2. Menoc. de arbit. iudicij lib. 2. cent. 3. casu 266. quare his suppositis deueniendo, vnde digressi sumus, dico remissioni non esse locum in leuibus delictis ex dispositione text. in l. desertorem in princip. ff. de re militari, arguendo à contrario sensu, cui additur etiã text. in §. si quis comprehensorem in auth. vt nulli iudicium, Calder. in c. 1. de rapt. Cynus, & reliqui cõmuniter in auth. qua in Prouinc. C. vbi de crim. agi oportet, vbi refert in casu delictorum leuium iudicem nullã habere remissionem in delinquentem, & propterea, minime esse remittendum, & iuxta prædictam opinionem sequitur decidendo Cappell. Tholos. in dec. 319. Colet. dec. 71. Couarr. præf. quæst. c. 11. n. 8. vbi parificat forum conscientia, & delictum leue, itaut quemadmodum in foro conscientia non fit remissio, ita nec in leuibus, Conrad. præf. crimin. §. fin. quæst. 12. Duen. regul. 378. limit. 3. Clar. quæst. 38. vers. scias tamen, Collect. in c. fin. in fine, principij de for. comp. Aufser. ad Cappell. Tholos. in decis. 316. post Panor. loc. cit. c. fin. n. 15. Farinac. de Inquisit. quæst. 7. n. 45. & Peguer. & Cappell. locis sup. cit. quorum ratio duplex est.

3 **P**rimo, quia remissio fit cum grauiora sunt crimina, Bos. de for. comp. num. 178. Foller. loc. supra cit. n. 12. Carrer. in l. obseruare n. 145. C. de appell. Farinac. loc. cit. num. 50.

4 **S**ecunda est, quia remissio non conceditur, nisi quoties agitur de criminis cognitione l. si cui §. fin. ff. de accusat. auth. qua in Prouinc. l. vbi de crimin. agi oportet, sed in leuibus quis non venit puniendus l. leuia ff. de accusat. & communem dicit Bonacolla in verb. remissio colum. 2. in princip. pag. 146.

RESOLVT. DCXII.

An vt remissio fiat, sit necessaria criminis cognitio,

1 *Est necessaria, vt fiat remissio ad locum delicti, & 3.*2 *Limita in remissione, quæ fit per iudicem secularem iudici Ecclesiastico.*3 *Et quæ fit per Ecclesiasticum seculari.*

1 **Q**VARO an vt remissio fiat ad locum delicti sit necessaria criminis cognitio, & respondetur affirmatiue, & sic quod sit necessaria ista criminis cognitio, Gl. in Clem. pastoral. in ver. de mora de sent. & re iud. Bar. & Bal. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet nu. 2. & in l. fin. num. 13. ff. de public. & in l. si cui §. fin. in fine ff. de accusat. Oldrad. conf. 124. Alex. conf. 25. col. 2. n. 6. vol. 3. Dec. conf. 336. n. 6. vol. 2. Mantica. conf. 17. vol. 1. Burlat. conf. 49. eod. vol. Menoch. conf. 557. n. 5. vol. 4. Corn. conf. 26. Gabriel. in cit. Clem. pastoralis, Mand. conf. 23. n. 3. volum. 1. Atet. in c. fin. col. vltim. n. 20. & itidem Felyn. n. 10. de for. compet. Gamm. in dec. Lusit. 363. est text. in l. 1. §. Item illud ff. ad Syllanian. Rota Lucensis in dec. 319. & alios quos ego ipse cumulo in quæst. 3. requir. 2. & sic seruari in praxi testatur Marf. in præf. Crimin. §. opportunè n. 32. Guid. Pap. dec. 202. in 4. requisito, Boer. dec. 29. Franc. Marc.

dec. Delfin. 88. & latè more suo Couarr. præf. q. c. 11. n. 5. Ceuallus in q. 154. n. 4. vbi citat. alios pro, & cõtra.

2 **C**ontra tamen hanc opinionem sunt, qui obstant per plura media, quod infra dicenda sunt. Primo, quod cum iudex remittens sit merus executor non cognoscit de causa, leg. & si non cognitis Cod. de diuers. rescript. leg. sicut proponis Cod. de execut. rei iudic. Bar. in l. a diuo Pio §. si super rebus in princip. ff. eod. & text. in c. nouit de appell.

Secundò obstat, quod vult text. in c. si iudex laicus, de sententia excommunic. in 6. vbi iudex requisitus, vt remittat delinquentem non cognoscit si delinquerit, vel non.

Tertiò obstat videtur, quia præsumptio est pro iudice petente remissionem c. in præsentia in princ. de renunc. c. sicut de sent. & re iudic. Bart. in l. Nefenjus §. Caia ff. de eniotionibus, & las. in l. pacta nouissima in 2. col. in princ. C. de pactis.

Quartò, quod cum per remissionem petitam iudex remittens declaretur incompetens auth. qua in Prouinc. C. vbi de crimin. agi oportet, non iure cognoscit de re in qua est incompetens l. 1. C. si a non comp. iudic. c. ea quæ sunt de regul. iur.

Quinto obstat text. in c. at si Clerici C. de iudic. vbi iudex secularis non potest cognoscere de delicto Clerici detenti per ipsum, vbi notum est illum esse Clericum, & cognoscens puniretur, Bart. in l. eos §. super his C. de appellat. Oliua ad ritum Curia Archiepisc. 38. num. 3. imò in hoc casu laberetur in duram sententiam excommunicationis nisi hoc incidenter fecisset, ita Nauar. c. 27. num. 70.

His tamen non obstantibus puto non esse recedendum à prima opinione cum illa sit communis, vt per Chircou. lib. commun. opin. cent. 2. contr. 47. & pro ea est glosa communiter recepta in l. Clem. pastoralis in ver. de mora de sent. & re iudic. quam vltra alios approbat Angel. in l. 1. C. vbi causa status nu. 10. de foro competenti, vbi dicit, quod iudex peritus semper debet cognoscere, An reus sit culpabilis, nec passim se qui iniustus requirentium appetitos.

Pro qua communi opinione duo assero rationes, quarum Prima est, quia vbi potest esse tertij præiudicium adhibenda est causa cognitio l. Nequicquam §. vbi decretum ff. de offic. procõf. facit text. in l. in omnibus ff. de regul. iur. Bart. in l. iudices in 2. notab. C. de iudic. Angel. Aret. in §. 1. n. 3. institut. de act.

Secunda est ratio, ne aliqui infamia quis innocens innotetur, Bal. in l. 1. in fine ff. de iudic. Cald. in repet. c. de illis, in 3. col. 17. de raptoribus. Ioannes Andreas in c. Romana §. contrahentes de foro competenti in 6. facit ad hoc text. in leg. absentem in primo responso ff. de pœnis.

4 **O**pinio tamen principalis limita dupliciter, & Primo, in remissione, quæ fit per iudicem secularem iudici Ecclesiastico, quia non poterit iudex secularis cognoscere de delicto commissio per Clericum cap. at si Clerici, vbi Doct. de iudic. Bal. in l. eos §. super his C. de appellat. Oliua ad Ritum Curia Archiepiscopalis c. 38. num. 33. & Nauarr. c. 27. num. 70.

5 **S**ecundò, limita in remissione quæ fit per Ecclesiasticum iudici seculari, vt cum remittit hæreticum, ita est text. in c. inquisitioni §. prohibemus de hæret. in 6. Bart. in l. diuus ff. de custodia reorum. las. in l. magistratibus ff. de iurisd. omnium iudic. Boer. in dec. 90. n. 2. allegat Alex. & Iac. de S. Gregorio in citata l. Magistratibus, latè Felyn. in c. ad abolendū de hæreticis.

RESOLVT. DCXIII.

Iudex vtrum possit cogiad remittendum delinquentem.

1 *Iudex potest cogi ad remittendum delinquentem.*2 *Etiã*

2 Etiam post latam sententiam, vt executio fiat in loco delicti.

3 Nisi iudex domicilii nõ requisitus præuenerit in captura.

1 **R**espondeo affirmatiue, & sic quod ad remittendũ delinquentem iudex cogi possit, moueor, nam potest iudex loci delicti requirere iudicem domicilij, vel originis, vt capiat delinquentem, ad hoc vt sibi remittat, tex. est in §. si quis comprehensorum in auth. vt nulli iudic. & in l. solent ff. de custod. reorum, Glof. in Clement. pastoral. de re iudic. Soccin. nepos in ca. postulasti vers. quoad tertium & Fel. post alios in c. fin. de foro competenti, Bart. in l. i. in princip. Cod. vbi de crimin. agi oportet, & in leg. si cui §. fin. ff. de accusat. notant omnes DD. in auth. qua in Prouincia Cod. vbi de crimin. agi oportet, Vin. in Silua commun. opin. 420. n. 3. & est communis opin. DD. relaxta per Bosf. in tit. de foro competenti n. 49. vbi etiam dicit, quod cogitur iudex cui scribitur hoc facere, & vbi non vult cogitur a superiore, Capoll. confil. crimin. 58. n. prim. versic. primum est, an de iur. communis Curt. Iun. in l. hæres absens §. i. n. 5. ff. de iudic. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 38. vers. est autem.

2 Amplia vt cogi possit etiam post latam sententiam ad hoc, vt executio fiat per iudicem loci delicti, Alex. in leg. a diuo pio §. sententiam colum. 4. versic. & sic erit conclusio ff. de re iudic. Bal. in leg. fin. ff. de Senat. Dec. in cap. quod in Ecclesiis de constitut. Brun. confil. 2. colum. 10. & seq. Bosfius loc. cit. n. 49.

3 Limita conclusionem principalem non procedere, vbi iudex domicilij, seu originis non requisitus præuenerit in captura, quia tunc ratione præuentionis nõ potest cogi a iudice loci delicti, vt remittat, Alber. in leg. hæres absens §. si quis tutelam n. 8. ff. de iudic. Anchar. in c. postulasti nu. 14. de foro competenti, Castr. in l. a diuo Pio §. sent. ff. de re iudic. Soccin. in 4. fallent. reg. 335. Nonius conf. 90. num. 5. Gomez var. resolut. tom. 3. c. i. in tit. de delictis num. 87. Clar. loc. cit. Couarr. pract. quæst. c. i. n. 6. Farinac. de Inquisit. quæstion. 7. numer. 49.

RESOLVT. DCXIV.

An remissio locum habeat quoties pro delicto non criminaliter, sed ciuilitur agitur.

1 Remissio non habet locum, vbi pro delicto agitur ciuilitur.

2 Siue sit delictum leue, siue grauissimum.

3 Quando dicatur agi ciuilitur pro crimine.

1 **Q**uæritur an remissio locum habeat vbi pro delicto non criminaliter, sed ciuilitur agitur. Respondetur negatiue, & sic quod minimè habeat locum, pro vt in simili idem tenuisse Calder. in c. i. in 2. col. n. 3. de raptor. testatur Cinus in authentic. qua in Prouincia in fine post nu. 6. C. vbi de crimin. agi oportet, Bart. in leg. si cui in fin. ff. de accusat. Bald. in leg. exequitorem in 2. notabil. Cod. de execut. rei iud. Castr. in leg. si ego in principio ff. si certum petatur, Collect. in c. postulasti de foro competenti in fin. Oldrad. confil. 224. Capoll. confil. 59. in fin. August. de Arim. in addit. ad Angel. de Malefic. in verb. & ibi, Caputaq. colum. 8. in versicul. tu adde, Abb. in d. c. fin. num. 15. de foro competenti, Couarr. pract. quæstion. c. i. post nu. 7. Hyppol. de Marfil. in sua pract. Crimin. §. diligentem post n. 33. in princ. Artam. in sua pract. forens. obseru. 7. tit. 50. fol. 357. Cassan. in consuet. Burgundia rubr. 12. num. 7. Imol. in Clement. pastoral. Giacciar. in sua collect. commun. opin. in verb. remissio, Lud. in pract. crim. fol. 177. in versic. homicidium puniatur, Bosf. de foro competenti fol. 57. Fol. in pract. crimin. fol. 112. Prax. Aloys. Ricc. Pars IV.

in princip. Grat. in decis. Rotæ Marchia 80. numer. 3. Decian. in tract. crim. cap. 19. tit. de remiss. reorum. lib. 4. tom. 1.

Amplia conclusionem hanc pluribus modis.

2 Primò, siue delictum sit leue, siue grauissimum, Cappell. Tholof. decis. 319. Guid. Pap. in dec. 202. Franc. Marc. dec. 313. tom. 2. post Alex. confil. 415. n. 3. volum. 2. Dec. confil. 217. n. 4. volum. 1. Burlat. confil. 23. eod. vol. & est communis opinio relata per Iulium Clar. in pract. Crim. fol. 131. vers. item q. 38. n. 22.

3 Amplia secundo, etiam in ciuilibus, nam in his non habet locum remissio, Bart. & DD. in l. hæres absens ff. de iudic. Soccin. reg. 336. Diar. reg. 514. Couarr. pract. quæst. c. 10. Iaffred. dec. 12. Baiard. ad Clar. quæst. 38. n. 74. quod non tantum procedit in leuibus ciuilibus, sed etiam in grauioribus, & atrocioribus dum agitur ciuilitur, Gram. confil. 27. num. 9. Aufser. in addit. ad Cappell. Tholof. dec. 319. Guid. Pap. dec. 202. in addit. in lit. C. Cassaneus in consuet. Burgun. rubr. 12. nu. 6. Marfil. in pract. crim. §. opportune sub num. 33. & est communis opinio per Panor. quem citat, & sequitur Farinac. de inquisit. quæst. 7. n. 37. in med. Bonacolla. in commun. opin. p. i. in verb. remissio rei col. 2. pag. 146. Cauall. quæst. 154. n. 1. Menoc. cas. 228. de arbitri. iudic. ex num. 8. Guttier. de iur. confir. n. 3. Capib. Ioseph Ludouic. dec. 74.

Duo tamen assignari possunt rationes pro conclusione principali.

4 Prima, quia remissio ad locum delicti fit in exemplum aliorum arg. tex. in §. si quis vero comprehensorum, auth. vt nulli iudicem, quæ ratio cessat in delicto ciuilitur intentato, & hanc rationem putat esse veram, Alberic. in c. num. 15. de foro competenti, Felyn. in c. cum sit generale num. 22. eod. tit. Soccin. d. reg. 333. Duen. reg. 366. limit. 5. Marfil. pract. crimin. §. attingam nu. 14. Secunda est ratio, quia quando ciuilitur agitur pro crimine, non potest procedi ad reum puniendum, vt testat. Clar. pract. crimin. §. fin. quæst. 37. num. 19. & quæst. 38. num. 23. Iodoch. pract. crim. c. 91. num. 13. Ann. alleg. 71. num. 5. volum. 2. & Corlet. in singul. in verb. remissio.

5 Quando autem dicatur pro crimine agi ciuilitur, vide latè Bart. in l. licitatio §. quod illicitè ff. de public. & in l. ait prætor ff. de Sepulcr. violat. Bal. confil. 192. col. pen. vol. 3. & in quibus casibus possit crimine agi ciuilitur, & criminaliter, vide quos in summa institut. de l. Aquilia, & in leg. damus C. ad l. Corneliam, de falso.

RESOLVT. DCXV.

An Romana Curia alibi delinquentem remittere teneatur.

Quæritur an Romana Curia alibi delinquentem remittere teneatur, Respondeo negatiue. Oldrad. confil. 124. in fin. Innocent. in cap. at fama 2. colum. num. 17. de sentent. excommunic. Abb. in cap. fin. post num. 8. de foro competenti, Felin. in cap. cum autem, in 2. confil. numer. 10. de accusat. Couarruu. pract. quæstion. c. i. post numerum 6. & lib. 1. variat. resolut. capit. 6. num. 4. Puteus decis. 129. par. 2. Ioseph. Ludouic. decisione 36. num. 4. in fi. Clarus pract. crimin. §. fin. quæstione 8. folio 131. numero 23. Bosf. de foro compet. num. 18. & ita se testatur Mant. confil. 17. volum. 1. n. 4. S. Rom. ff. ad municip. Franc. & Dec. in c. Meminimus de appellat. Boer. decisione 29. nu. 7. in notatu crimin. tit. vbi de crimin. agi oportet, Beluif. in pract. pag. 43. num. 30. Franc. & Dec. in cap. Meminimus de appellat. in fine latè Farinac. de inquisit. quæst. 7. sub num. 12. per totum.

RESOLVT. DCXVI.

An Vagabundus delinquens fit remittendus ad locum delicti.

- 1 Vagabundus quis sit, c. 7.
- 2 Vagabundus in atrocioribus remittendus, secus in leuioribus.
- 3 Limita, vbi Index loci delicti peteret vagabundum captum ad se remitti.
- 6 Et vbi territoria essent distincta.
- 7 Et in eo, qui non est propriè Vagabundus.
- 8 Et quando Vagabundus satis dare vellet de stando iuri in loco domicilij.

PRO intelligentia huius quæstionis scire debes, amantissime Lector, quod ille propriè dicitur vagabundus, qui non habet certam habitationem, sed vagatur modo huc, modo illuc, doctrina fuit glos. in l. eique quod §. cellus in vers. domicilij ff. ad municip. quam sic intelligit Decian. in suo tract. crim. gl. in l. 4. §. ait preter in vers. habitationem de damno infecto, vbi Bart. in l. 1. notab. num. 24. quam sequuntur glos. & Doctores in l. hæres absens §. at si quis in glos. in verb. debeat de indic. Innoc. & glos. vlt. in c. fin. de eo qui mitt. in process. caus. rei seru. Specul. in tit. de competenti iudice §. 1. num. 20. vbi Ioann. Andr. in addit.

Sed his omissis, & deueniendo ad materiam nostræ quæstionis sciendum est, quod in hac quæstione tres reperio DD. sententias varias, & inter se contrarias,

- 1 Prima est, Anton. in cap. fin. de for. compet. quem sequitur Anchar. in c. postulasti eodem titulo, qui tenent distinguendo, quod aut sumus in atrocioribus delictis, & debet fieri remissio, aut sumus in delictis leuioribus, & tunc non facienda est remissio, & sic cessare debet.
- 2 Secunda fuit opinio, quod remitti debeat, cuius Auctores fuerunt Cardin. in c. 1. de raptorib. Panorm. in c. fin. de for. comp. vbi etiam Butr. Couarr. in li. pract. quæst. c. 11. num. 7. Soccin. lun. in c. postulasti de for. compet. num. 15. Innoc. in cit. cap. 1. de raptor. Corrad. in tit. Inquisitione num. 12. in 3. ampliatione, Fachin. in lib. controu. iur. cap. 24. lib. 9. quæ opinio posset defendi per text. in l. desertorem ff. de re milit. l. solent ff. de custod. reor. vbi habetur, quod debet remitti delinquens ad delictum nulla facta distinctione de Vagabundo, & non Vagabundo, ergo cum loquatur generaliter, ita deberet intelligi, enim hæc generaliter loquens ita est intelligenda text. est in l. filium de legat. præstand. l. de pretio ff. de publiciana in rem actione. Ludouic. de Roma in leg. si vero ff. soluto matrimonio.
- 3 Tertia fuit opinio glos. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet, quæ tenet, quod non debeat remitti, quam sequuntur Guid. Pap. in dec. 202. Duen. in reg. 378. limit. 4. Cepoll. conf. crimin. 58. n. 23. Hyppol. de Marfil. in conf. 86. num. 13. cum seq. Peguer. in dec. Cataloniæ 3. n. 10. Ioseph Ludouic. dec. Lucen. 16. n. 19. Clar. in pract. quæst. 93. vers. cæterum si reus, Bart. in l. hæres absens §. proinde ff. de iudic. num. 4. Gram. dec. 26. num. 9. Bellarm. confil. 11. in 1. col. Bosl. de for. compet. num. 70. Iodoch. pract. crimin. in tit. de inquisit. num. 27. in fin. glos. in l. 1. C. vbi quis de Curiali cohortali, & est communis opinio relata per Soccin. in reg. 87. in 7. fallent. quam communem opinionem limitare poteris pluribus modis.
- 4 Primò limita, vbi Index loci delicti, peteret vagabundum captum ad se remitti, enim tunc non poterit puniri, per capientem, sed venit remittendus ad locum delicti, Soc. Nepos in cap. postulasti de for. compet. n. 15. Fachin. in lib. Controu. iur. cap. 24. lib. 9. Abb. & Canonista in c. fin. de foro competenti num. 25. Con-

rad. de Inquisit. in tertia ampli. hum. 12. latè Farinac. in sapius cit. q. 7. de inquisit. num. 14. licet contrarium asserant Nouell. in reg. 220. in prima Fallent. & Duen. in reg. 378. limit. 4.

6 Secundo limita, vbi territoria essent distincta, & sic sub varijs principibus non recognoscentibus superiorem enim tunc non est puniendus à iudice in cuius territorio non fuit commissum delictum, Fulgos. in confil. 149.

7 Tertiò limita in eo, quod non est propriè vagabundus, sed quasi vagabundus, propriè aut vagabundus ille, qui per Mundum vagatur, vt in princip. dictum fuit glos. in leg. eius quis ff. ad municipal. Hyppol. de Marfil. in confil. 86. n. 13. Peguer. dec. 3. n. 9. Cepoll. confil. 58. n. 24. Menoch. in suo optimo tractatu de arbitr. iudic. cal. 531. num. 1. lib. 2. Riminal. confil. 445. num. 35. volum. 3. Bar. & ceteri in leg. 3. de damn. infect. Tiraq. in tract. retract. lignag. §. 9. versic. ad domicil. num. 34. quem citat, & sequitur Mascard. in conclus. 1402. num. 2.

9 Quarto limita quando vagabundus satisfacere vellet de stando iuri in loco domicilij, Ruin. confil. 18. num. 3. vol. 4. Nouell. regul. 220. Fallent. 6. Bellarm. confil. 11. colum. 1. Cirill. in nou. crimin. in tit. vbi de crimin. agi oportet probat ad fin. Monach. in cap. Inquisitores n. 5. de hæreticis in 6. licet hanc fallentiam non admittat Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 13. num. 6. quem allegat Farinac. loco superius citato.

RESOLVT. DCXVII.

Vtrum iudex delicti teneatur requirere Delinquentis Remissionem ad huc vero debeatur sine petitione.

- 1 Quamuis remissio ab iudicibus, ad forum delicti fieri debeat, etiam si delinquens esset condemnatus in loco originis, vel domicilij.
- 2 Tamen fieri non debet sine petitione iudicis loci delicti, etiam pro grauioribus, num. 7.
- 3 Limita, nisi iudex velit reum remittere ex vrbinitate, etiam si non petatur.
- 4 Et in Clerico, qui remitti debet absque requisitione.
- 5 Vel fuerit præuentionis in casibus, vbi locus est præuentionis.
- 6 Non tenetur iudex remittere reum, etiam iudice delicti petenti, quotiescunque per sententiam ipsum, reum iudex, qui præuentionis, condemnauit.

CLARUM est in corpore iuris, quod remissio ab alijs iudicibus delicti forum fieri debet, vt in quæst. 6. cogimus, & probat tex. in §. si quis comprehensorum, Bart. & Bal. in leg. 1. Cod. vbi de crimin. agi oportet, Abb. & Felyn. in cap. fin. de for. compet. quod adeo procedit, quod etiam si esset condemnatus in loco originis, vel domicilij secundum Bart. in l. si cui §. fin. ff. de Accusat. deberet remitti, quem sequitur Bal. in l. exequutorem C. de execut. rei iudic. num. 24. Alciat. confil. 13. tom. 2. lib. 7. ratio autem est, quia non videtur satis punitus, nisi etiam in loco delicti puniatur, Reipublicæ enim fit iniuria publica, & priuata fit parti læsæ, vt ait Bal. supra Couarr. pract. quæst. c. 11. num. 9. Bal. & Bart. in cit. l. exequutorem, num. 7. Alciat. in c. perniciosum de officio ordinat. num. 131. quod tamen sub eodem Principe est intelligendum, vt vnica tantum fiat executio, poterit igitur iudex originis, vel domicilij tunc procedere, vel quando à delicti iudice non proceditur, vel quando ibi fieri executio non posset, quia reus puta sit contumax, aut ibi nihil possideat, vt senserunt Iacob. à Bellouiso in c. Romana §. contrahentes n. 1010. de for. compet. in 6. Gram. dec. 26. vt refert Vulpellus in confil. crimin. 96. num. 16. licet in iure non sint concordēs.

3 Sed

- 2 Sed his postpositis ad conclusionē propoſitā reſpon-
de affirmatiue, enim non petenti non fit remiſſio dicit
tex. in §. ſi quis vero comprehenſorum in Auth. vt nulli
iud. Bal. & alij in cit. leg. 1. C. vbi de crimin. agi oportet.
Anan. & Abb. in c. 1. num. 8. de raptor. vbi Butr. in
2. notab. Calder. in repet. cap. fin. eod. tit. Abb. in cap.
fin. colum. 8. & ibidem Felyn. colum. 4. de foro compet.
Boſſ. eod. tit. num. 46. Guid. Pap. dec. 202. num. 2. verſ.
6. & ibi in addit. lit. B. Marfil. in pract. crimin. num. 33.
Covarr. pract. quaſtion. cap. 1. num. 4. verſic. 20. & n.
5. verſic. 3. Diaz pract. crimin. Canonica ca. 8. 9. & 10.
Aufreſ. in addit. ad Cappel. Tholoſ. dec. 319. Gram.
dec. 26. num. 8. de Franch. dec. 98. num. 5. & hanc eſſe
communem opinionem dicit Cin. in d. auth. qua in
Prouincia colum. 2. num. 10. Clar. pract. crim. quaſt.
38. verſic. eſt autem, & ita iudicalle Senatū Deſi-
gnatū teſtatur Franc. Mar. in decif. 83. part. 2. poſt
Capollam conſil. crimin. 959. & Alber. in l. ſi cui
§. fin. ff. de accuſat. & in leg. ſolent ff. de cuſtodia
reorum.
- 3 Cuius ſententiæ, & opinionis ea ratio eſſe mihi vi-
detur cum iudex omnia agere debeat ad petitionem
l. 4. §. prætor ff. de damn. infect. l. ſi ex teſtamento ff. de
except. rei iudicatæ l. fin. C. de fidei comm. liber.
- 4 Primò limita nunc hanc communem opinionem
pluribus modis, vt infra limita, quia iudex poteſt reū
remittere ex vrbantitate etiam ſi non petatur, Abb.
conſ. 24. vol. 1. Alex. conſ. 324. vol. 1. Dec. conſ. 317.
numer. 4. vol. 1. Burſat. conſ. 415. volum. 3. Farin.
de inquiſit. pluries citatus num. 39. Boſſius de foro com-
petenti fol. 217. n. 140. Foller. pract. crim. num. 25.
fol. 247. Felyn. in capit. fin. numer. 10. de foro com-
petenti.
- 5 Secundo limita in Clerico, qui remitti debet abſque
quaſtione, probat tex. in c. vt ianuæ, & ibi Abb. in 3.
notab. Felyn. in d. cap. fin. nu. 18. de foro compet. Ca-
rauit. rit. 301. n. 6. facit tex. in §. illud palam in auth. vt
Clericos apud proprios Epiſcopos.
- 6 Tercio limita quando fuerit facta præuentio in ca-
ſibus, vbi locus eſt præuentioni, Iacob. de Rauenn. ibi-
que Alber. in l. hæres abſens §. ſi quis tutelam num. 8.
ff. de iudic. Iacob. de Beluif. in repet. c. 1. §. contrahen-
tes num. 121. de foro compet. in 6. Anchar. in c. poſtu-
laſti num. 14. de foro compet. & in c. 2. n. 8. de conſ. in l.
6. Covarr. loc. cit. num. 48. Felyn. in c. fin. de foro com-
pet. Alex. in l. a diuo Pio §. ſententia col. 4. verſic. erit
ſentent. ff. de re iudic. & ante omnes Inn. in c. ex ore in
2. colum. num. 17. de re iudic.
- 7 Amplia inſuper dictam conſuſionem, quod proce-
dit etiam in delictis grauioribus, communiter DD. in
auth. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oportet. &
ſequitur Bart. in l. ſi cui §. fin. n. 1. in fin. de acc. & gloſ.
in d. Clem. 2. de re iudic. in verb. de more, & gloſ. vlt. in
c. fin. de raptō, idem tenet Pet. de Anch. in c. poſtulaſti
in rep. in 2. oppoſ. eſt nu. 13. præſertim ſi iudex delicti
non fuit præuentus a iudice domicilij, vel originis, vt
ibi per eum hanc conſuſionem probat text. in d. §. ſi
quis comprehenſorum in auth. vt nonnulli iud. vbi iu-
bet Imperator remiſſionem fieri, & ſic de neceſſitate,
quia verbum iubemus, denotat neceſſitatem l. 1. ff.
quod iuſſu l. quod iuſſit ff. de re iudic. hoc quod de ne-
ceſſitate teneatur, latè comprobatur Boer. dec. 29. n. 2.
& Bologn. conſ. 57. idcirco col. 2. verſic. plus dico, & ra-
tio quare potius cogatur iudex domicilij remittere
ad iudicem delicti eſt, quia in loco delicti regulariter,
& a communiter contingentibus facilius reperiuntur
teſtes, qui poſſint probare delictum, quam in loco do-
micilij, & iudex domicilij non poteſt cogere teſtes
exiſtentes in alieno territorio l. 3. §. fin. ff. de teſtib. ne-
que etiam poſſet eorum examinationem alteri com-
mittere leg. apud eloquentiſſimum Codic. de fid. in-
ſtrum. & ſic facile delicta remanerent impunita, &
Prax. Aloyſ. Ricc. Pars IV.

hanc rationem aſſignat Anchar. in d. c. poſtulaſti de
foro competenti num. 12. verſ. ſi vero iudex domicilij
nondum peruenit.

- 8 Tercio amplia etiam vt minimè teneatur iudex re-
mittere reum etiam iudice delicti petente, quotieſcu-
que per ſententiam ipſum reum iudex, qui præuenit
condemnauit. Bald. in l. executorem n. 25. in fin. C. de
exeq. rei iudic. Salic. in l. 1. n. 1. vbi de crimin. agi oportet.
Anan. in c. 1. nu. 8. de raptor. Marian. Socc. in c. 1. num.
5. de foro compet. Affl. in conſt. Regn. rubri. 41. num.
12. Covarr. loc. cit. num. 6. verſ. 6. Ratio eſt quia re-
miſſio fuit de condemnando, & non de condemna-
to, Salic. in l. ſi cui §. fin. ff. de accuſ. & Gram. dec. 27.
num. 5.

RESOLVT. DCXVIII.

In crimine Raptus, an locum habeat remiſſio.

- 1 Raptorem eſſe remittendum.
- 2 Raptorem non eſſe remittendum, etiam ſi haberet priui-
legium, vt non poſſet conueniri, niſi ſub certo iudice.
num. 3.
- 4 Limita, ſi verè conſtet illum eſſe raptorem, ſecus ſi ſolum
imputetur, ſeu pendeat proceſſus.
- 5 Tertia opinio, dicentium ſecundam opinionem procede-
re, cum raptor auſugerit cum muliere raptā.
- 1 Res in punſto huius quaſtionis inſurgunt Docto-
rum opiniones. Prima eſt gloſ. in l. vnica in
verb. ſine fori C. de rapt. virginum, quæ tenet raptore
eſſe remittendum, quam ſequuti ſunt Angel. ibidem
n. 3. Fulgoſ. nu. 5. Salic. num. 10. & pro comprobatione
huius opinionis adduco tex. vbi idem Fulgoſ. & Odo-
fr. in l. 1. C. vbi Senatores, vel Clariffimi, cuius tenor
eſt, quicumque non Illuſtri, ſed clariffima dignitate
tantum præditus virginem rapuerit, vel fines aliquos
inuaſerit, vel in aliqua culpa, ſeu crimine fuerit repre-
henſus intra Prouinciam, in qua facinus perpetravit
publicis legibus ſubiugatur, nec fori præſcriptione
vtatur, omnem enim huiusmodi honorem reatus ex-
cludit.
- 2 Et idem ſequitur Petr. Duen. reg. 378. poſt limita-
tionem ſextam, quæ opinio poteſt defendi, nam for-
um fortitur, quis ratione delicti, tex. in c. poſtulaſti,
& in cap. fin. de foro compet. & in l. 1. & in auth. qua
in Prouincia C. vbi de crimin. agi oportet. in l. 1. vbi Sen-
nator. vel Clar. in cap. vide Abb. & DD. in cap. 1. de
rapt. Hyppol. in l. vnica, num. 123. C. de raptor. virg.
eund. Abb. & ibi DD. in c. fin. num. 6. de foro com-
pet. Marian. Socin. vbi ponit 27. quaſtiones circa
hanc regulam in c. poſtulaſti a num. 5. vſque ad num.
13. de foro compet. Nicol. Boer. in dec. 29. Caſſan. in
conſuet. Burgund. in tit. des aduers. rubr. 12. §. vnico,
folio 364. col. 1. a num. 1. vſque ad fin. Alciat. in cap.
perniciola a num. 66. vſque ad n. 73. de offic. ordin.
quod adeo procedit, quod ſi delinquens auſugerit, &
in alio loco reperiretur carceratus eſſet remittendus
Iudici delicti, vt eſt text. in auth. ſi verò crimen, vbi
Salic. C. de adulter. & in auth. vt nulli Iudicum, §. ſi
quis vero comprehenſorum coll. 9. gloſ. in clem. pa-
ſtoralis, in verb. de more, de re iudic. Boer. dec. 29.
vbi aſſerit Bart. tueri contrarium, Guid. Pap. dec. 111.
quem citat Duenas in citata regula, ampliatione ſe-
cunda.
- 3 Secunda eſt negatiua, & ſic, quod raptor, vbi reperi-
tur puniri poterit etiam quod ibidem raptum non
commiſerit, nec domicilium, aut originem trahant,
etiā probat idem text. quæ pro affirmatiua opinione
adducunt contraria Doctōrum caterua, qui eſt in l. 1.
in ver. ſine fori præſcriptione, C. de rapt. virg. vbi ha-
betur per Bart. n. 8. quod raptor tanquam vagabundus
Tt 3 non

non habet privilegium fori, quam sententiam tenuerunt Cassan. in consuetud. Burgun. in tit. des adduntures. rubr. 12. §. vnic. fol. 304. colum. 3. n. 11. Soccin. regul. 87. in 3. Fallent. Nouell. regul. 220. & 178. Duen. regul. 378. limit. 6. Paul. de Castro in l. addit. in 2. colum. n. 15. de Episcop. audient. Alciat. in l. 2. §. ex his in princip. ff. de verb. obligat. Bossius de foro competet. folio 166. nu. 12. Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur excusationes. n. 36. Corrad. in tit. de inquisit. n. 22. pro qua sententia facit text. in l. raptores. C. de Episcop. & Cleric. cuius explicationem ponit etiam citatus Corrad. in pract. crim. in tit. de inquis. cit. n. limitatio. 4. folio 252.

- 4 Amplia hanc sententiam, vt in tantum verum sit raptorem ubique puniri posse, procedere etiam si haberet privilegium, vt non possit conueniri, nisi sub certo Iudice, ita expresse tenuit glos. in d. l. vnic. in verb. sine fori praescriptione, & ibi Angel. per cum n. 3. & Salic. num. 10. C. de rapt. virgin. Fulgos. in l. Raptores. num. 5. de Episc. & Cleric. Aretin. §. in sanè in fin. institut. de raptor. Farinac. de inquisit. quaestione 7. post num. 8. pro qua limitatione facit text. in l. prima. C. vbi Senatores, vel Clarissimi.
- 2 Limita tamen, quod hoc procedit quotiescunque, verò constet illum esse raptorem, secus si solum imputetur, seu pendeat processus vti dicimus in assassinio. Alexand. consil. 166. volum. 2. Paris. consil. 166. colum. 4. volum. 1. Gabriel. consil. 170. num. 26. & lib. 6. communium conclusionum concl. 1. n. 28. Gramm. consil. 11. n. 4. & voti 34. colum. fin. & Farinac. loc. cit. post num. 10.
- 6 Ratio autem huius secundae opinionis mihi esse videtur, atrocissima species delicti enim hoc crimen, pessimum est, l. 1. in princ. C. de rapt. virgin. Imo insaniam, & furorem appellat Imperator ibidem in §. primo, & raptor dicitur hostis publicus, & hostili more insurgere videtur, vt habetur in d. l. 1. §. nec si facultas, Carr. in pract. crimin. in princ. n. 93. in verb. praeterea Raptor est hostis, post Barb. in consil. 71. colum. 6. n. 2. in secundo; Imo neque ab homicidij crimine huiusmodi raptores sunt vacui, d. l. 1. enim per eos pudicitia, & castitas violatur; quae corrupta restituit a Deo non potest, glos. post text. in d. l. 1. in fi. Farinac. in verb. restitui, quam etiam ne dum corrumpere, sed simpliciter attentare iniuria est, l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, l. sed, & quaestione, §. fin. ff. de iniur. ex quo oriuntur multa specialia, vt late per Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 8. per totum.
- 7 Tertia est opinio Peguerae in decis. 43. folio 59. in additione, & Decian. in cit. tract. crimin. lib. 8. c. 9. numero 6. qui tenent, quod dicta secunda opinio in tantum procedit, in quantum raptor aufugerit cum muliere rapta, quia tunc ubique reperitur, dicitur ibi ratione delicti sortiri forum, quod ampliat etiam in iure procedere, de qua quaestione infra tractabimus, ad quod comprobandum dicit, quod donec fur detinet rem, dicitur eam contrectare, & sic ubi cum re furtiva reperitur, ibi poterit puniri, quia ibi furtum dicitur fecisse contrectando, & allegat Bar. in l. si dominium, n. 2. ff. de furt. & in l. sed nec Legatarius, ff. de condict. furt. Ita ergo, & raptor ducendo raptam nolentem, ubique videtur rapere, & ideo poterit ubique puniri.

RESOLVT. DCXIX.

Vtrum fur sit remittendus ad locum delicti.

- 1 Non est remittendus, sed potest puniri à iudici capiente.
- 2 Limita, vbi fur non fecisset residentiam in loco contrectationis, nisi per spatium vnius horae.
- 3 Et vbi fur non asportaret rem furatam, sed pretium.

- 1 Pro huius quaestii dilucidatione supponatur in facto, quod exisset controuersia inter iudicem loci furti commissi, & iudicem loci, in quo furtum fuerit contrectatum, quis eorum esset praefendus in puniendo furti auctorem, & videtur concludendum cum opinione Bart. in leg. si dominium nu. 2. ff. de furtis, quae voluit furem non esse remittendum, sed posse puniri à iudice capiente, quam Bart. sententiam sequuti sunt Angel. in leg. 1. colum. 6. Cod. de confessis, Bald. consil. 15. volum. 1. post Fulgos. in consil. 149. Hyppolit. consil. 30. n. 24. volum. 1. & in consil. 136. n. 15. vol. 2. Ludouic. consil. 161. n. 15. Cast. consil. 457. Plotus consil. 135. vol. 1. & iux. hanc Bart. opinionem bis iudicasse S. C. Neapolitana testatur Capic. in dec. 104. cuius decisionem sequitur Koppin. in decis. 21. referens ipsum quoque iudicasse in fauorem iudicis loci, in quo facta fuit contrectatio, & in quo fur erat carceratus eadem decisionem S. C. quam refert Capic. in cit. dec. 104. meminerunt Clar. §. fin. quaest. 38. verum tamen scias, & Foller. in sua pract. in verb. audiantur excusatores num. 63. verum, sed quod si aliquis, Bellug. in speculo Principum rubr. 23. num. 4. & propterea secundum Illustr. de Franch. in decis. 681. cum esset carceratus in M. C. quidam Vassallus Principis Còque, vtilis Dominus Terrae Moroniam in Terra predicta furtum comiserat, & pretendebatur Neapoli contrectasse, & per praedictum Principem peteretur ad eius Officiales remissio, fuit ei per M. C. denegata, & ex hoc Ann. in sing. 438. voluit remissione delinquentis non esse faciendam ad iudicem delicti, quando captus, seu repertus est cum re furtiva in alio loco, quam in eo, in quo furtum factum est, & ratio est, quia potest ratione nouae contrectationis in illo loco puniri, ita Fulgos. in consil. 149. Soccin. in c. 1. de raptor. Couarr. li. 2. var. resolut. c. 15. nu. 28. Castan. in consuet. Burgund. rubric. 28. nu. 15. & Farinac. de Inquisit. quaest. 7. n. 45. & hanc eandem sententiam, l. quod fur ratione nouae contrectationis non veniat remittendus, tenuerunt nonnulla Tribunaia, & praesertim Rota Cataloniae, teste Ludouico Peguerae, in dec. 28. Senatus Delinialis, teste Franc. Marco in dec. 175. p. 2. Conf. Neapolitanus Dominus de Franc. in citata decis. 681. & eandem sententiam semel, atque iterum tenuisse refert Capic. in dec. 104. cum qua transiit quo Senatus Burdigalen. teste Boer. in decis. 218.
- 2 Sed retenta hac opinione maximam tantorum tribunalium autoritate limita hac dupliciter, & Primo non habere locum vbi fur non fecisset residentiam in loco contrectationis, nisi per spatium vnius horae, ita Boer. decis. 48. Capic. cit. dec. 104. nu. 6. Gram. dec. 27. n. 8. & late Baiard. ad Clar. quaest. 38. n. 42. post Angel. in tract. de maleficio in verb. vestem celestem n. 22.
- 3 Limita secundo, vbi fur non asportaret rem furatam, sed pretium. Nam licet pretium succedat loco rei leg. si rem, & pretium ff. de petitione hereticis, tamen non procedit in hac mea sententia de Gratis consil. 61. n. 4. & 15. vol. 1. Rimin. consil. 164. num. 20. volum. 2. Corn. consil. 245. ead. col. & est tex. singularis, & a nemine adhuc ponderatus in leg. qui vas argenteum, §. cum fur. ff. de furtis, quem tex. habui à Principe Doctorum Canonistarum, & legalium Domino meo Aloysio Riccio, cuius text. tenor est.

Cum fur rem furtivam vendidisset, ei nūmos pretij Dominus rei per vim extorsit, furtum nummorum eorum recte fecisse responsum est, idem etiam vi bonorum raptorum actione tenebatur, quod enim ex re furtiva redigitur, furtiuum non esse nemini dubium est. Nummus igitur hic, qui redactus est ex pretio rei furtivae, non est furtiuus, hac sunt verba tex. ex quo etiam colligitur secundum Bart. quod pretium redactū ex re furtiva non est furtiuum, & ideo Dominus rei furtivae venditae id auferens furtum committit, quod est notabile, & dignum admirationis non parum.

R E

RESOLVT. DCXX.

An in delictis mixti fori absolutus ab vno iudice, sit remittendus ad alium puniendus pro eodem delicto.

- 1 Sententia negantium.
- 2 Sententia afferentium, sed excipiunt 4. casus n. 10. n. 11.
- 3 Excommunicatio quo sensu sit grauior omni pena.

IN prima facie videtur dicendum, quod non .n. accusatus, vel inquisitus de aliquo delicto, si de illo fuerit semel absolutus, vel condemnatus, non poterit de eodem delicto ab eodem, vel ab alio accusari, seu ab alio iudice inquiri, nisi cui §. ijdem, ff. de accus. C. de his, de accusat. latè DD. in cit. l. si cui §. eod. quia, de delicto eiusdem hominis non debet sapius queri l. licet §. fin. ff. Nautæ, cauponis, stabularij, & est ca. Regni incipit, item si quæ Vniuersitates, sub tit. quid personæ productæ ad litem liberantur, & bis de delicto queri non posse, vult citatus tex. in c. de his l. quod de crimine C. de accus. l. sepulchri violati ff. de sepul. violat. quæ concl. procedit non solum si questio esset in eod. loco, sed etiam si in diuersis, nam si delictum fuerit cognitum in loco commissi delicti, & postea intenditur delinquens cōueniri in loco domicilij pro d. eod. delicto obstat exceptio rei iudicatæ, Bal. in l. obseruare §. proficisci ff. de offic. proconsulis l. fin. C. de custod. reor. l. 2. C. de except. rei iudic. l. 1. quando prouocare non est necesse, Boer. dec. 289. nu. 9. Foller. in pract. crim. Canon. c. 35. n. 3. Bertazzol. conf. 129. n. 1. & conf. 171. n. 2. Marat. in suo specul. in tit. de inquisit. n. 48. latè Farinac. de inquisit. quest. prima in 6. requisit. n. 51. & in quest. 4. n. 1. quod in tantum procedit hæc concl. quod non solum quando contra absolutum fuerit processum per viam accusationis, sed etiam per viam inquisitionis, Dec. conf. 337. Couarr. var. resolu. c. 10. nu. 5. lib. 2. Berous, qui testatur de communi in dict. c. de his extra de accusation. nu. 20. Brun. quest. 17. nu. 31. Alex. conf. 11. nu. 7. lib. 1. Clar. in quest. 53. versic. procedunt, & hæc omnia; Imo habet locum non solum in absoluto, sed etiam in condemnato, Alex. d. conf. 11. volum. 1. colum. pen. Becc. conf. 69. n. 1. cum seq. Boer. cit. dec. 289. n. 1. & seq. Clar. in sua pract. §. fin. quest. 45. in princ. & facit citatus tex. in leg. sepulchri violat. actio. ff. de sepul. viol. latè Farinac. in cit. quest. 4. vbi ampliat, & limitat pluribus modis. Adde etiam quod si adhuc in loco delicti non esset absolutus, vel condemnatus, sed tantum accusatus facta conuentione, postea in loco domicilij posset apponi exceptio litis pendente arg. tex. in l. vbi ceptum ff. de iudic. notat Campagn. in d. c. Regn. Itē si quod vniuersitates nu. 7. vsque ad finem. Marant. in suo specul. par. 6. in verb. & aliquando peruenitur per viam inquisitionis n. 49. cum seq.

4 Secundo pro dicta opinione facit, nam sumus in penis tradendis, in quibus minor pars est requirenda, & sumus in acta, quæ tendit ad vindictam, & vno modo actum non potest expediri alia via, secus si non tendit ad vindictam, sed solum ad interesse proprium, vt tenet Bar. in leg. Senatus censuit. ff. de accusat. Cin. Bart. & Salic. in leg. nullum Cod. de testib. & requiritur Boer. in dec. 286. nu. 7. vbi dicit hoc procedere, quia iudex potest penam ex causam minuire leg. hodie, & leg. præses ff. de penis leg. si superiore Cod. ex quibus causis infamia irrogetur, l. qui ergo §. pena grauior, ff. eod. Bald. in conf. 34.

5 Tercio facit limitatio, Farinac. secunda de inquisit. quest. 4. nu. 7. vbi habetur, quod in delictis, quæ sunt mixti fori non poterit non obstante tali absolute, seu condemnatione accusari, seu inquiri in foro seculari. Angel. de malefic. in verb. & ad querelam num. 91. Bal. in conf. 260. lib. 3. l. si quis in

Aloyf. Ricc. Praxis Pars IV.

hoc genus Cod. de Episc. & Cler. leg. placer eod. de Sacrosanct. Eccles. Foller. in pract. crim. Canon. c. 35. n. 23. Panomitan. d. c. 1. de offic. ordinat. colum. antepenul. vers. Casio 3. Gomel. de delictis, c. 1. nu. 4. rom. 3. Marant. in sua pract. in tit. de inquisitione num. 97. Bos. tit. de foro competenti nu. 84. & communis opinio reputatur teste Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 10. num. 6. vers. vndecimo eadem constitutio, & alij innumeri relati per D. Farinac. in cap. in cit. loc.

6 His licet verè existentibus ad quæstionis dilucidationem distingue quatuor casus. Primus in delictis non taliter atrocibus, in quibus iudex Ecclesiasticus potest imponere dignam penam delicti, nam si delinquentes non fuerint plenè, & secundum qualitatem delicti puniti ab Ecclesiastico, poterit laicus Iudex etiam pro eodem delicto punire condignis, & meritis penis secundum Saib. in c. de his de accus. & tradit Bald. in leg. fin. 6. quæstion. eod. de edict. Diu. Adrian. & pulchrè Soccin. conf. 12. n. 7. in primo, & Ioann. de Imol. conf. 129. præfatus seruus in 3. colum. vers. quinimò, & latè Hyppol. singul. 180. incip. plura, & plura, & conf. 67. vers. existentibus, n. 62. & consuluit etiam Soccin. in leg. cum Senatus ad finem de reb. dubijs, vbi dicit ita fuisse iudicatum, licet ista punitio debet esse minor prima, vt vult Farinac. in cit. locis n. 10. in fin. vbi allegando Marant. in tit. de inquisit. nu. 100. & ante eum Bart. in l. Senatus ff. de accusat. Par. de Put. in tract. sindica tus verb. compositio cas. 1. nu. 7. distinguendo in proposito dixit, quod licet non sufficienter punitus à primo Iudice possit iterum sufficienter puniri ab alio, prima tamen pena computatur in secundā, secunda suppletur per primā, & si prima pena imposita fuit in pecuniaria secundus Iudex, & pariter in pecuniaria imponere debet, sed minore prima imposita, in hac secunda pena debet, vt dixi, computari id quod in prima solutum est, & si secunda pena erit corporalis debet pecuniaria pro prima pena soluto reo restitui, sed si prima fuit corporalis, tunc prima pena primo loco inflicta nō potest restitui, ideo reus isto casu nō amplius in corpus mitiori pena pecuniaria pena punietur, vt ibidē per Marant. qui etiā ponit, quod in casu, in quo primus Iudex satis leuem corporalem penam imposuit, & secundus debet imponere penam mortis, prout etiam refert, & sequitur hæc Sigismund. Scacc. in tract. de iudic. caus. Ciuil. & Crim. c. 12. n. 92.

8 Imò, quod possit grauius puniri tenuit Alciat. n. 128. de offic. ordinat. qui citando Felin. in d. c. de his nu. 10. de accusat. tenet hanc esse communem opinionem quem sequuntur Gomelius in c. 1. delictorum post n. 40. in prima concl. sequitur Couarr. in cit. loc. post nu. 6. quos refert Iulius Clar. in pract. in quest. 17. vers. sed quæro si aliquis n. 14. vbi in fine citando Gomel. in loco præallegato dicit aliud esse dicendum si prius fuisset punitus à Iudice laico, nam secundum eum posset deinde ab Ecclesiastico molestari, & dicit, quod ita colligitur ex mente omnium DD. quod ego etiam sequor, dummodo pena imposita per Iudicem laicum non esset minor illa, quam pro eo crimine posset imponere Iudex Ecclesiasticus loquendo de pena corporali, vel pecuniaria, nam licet pena excommunicationis, quod Iudices Ecclesiastici passim imponunt, secundum quid sit grauior omni pena temporali, cum tamen tendat potius ad salutem animæ, & sic sit potius medicinalis, quam afflictina, non est in proposito connumeranda inter graues penas.

10 Secundo pone casum in eo, qui punitur à Iudice Ecclesiastico non pena monitoria medicinali, seu præparatoria, sed ordinaria, & tunc si sumus in grauissimis delictis mixti fori, in quibus Iudex Ecclesiasticus non potest ratione suæ iurisdictionis imponere penam delicto competentem, isto casu reus delinquens si sit punitus per Iudicem Ecclesiasticum, illa pena nō tollit

Tt 4 penam

- poenam secularem, & propterea poterat capi per iudicem secularem, & poena seculari puniri tex. in d. c. felix §. per hoc de poenis in 6. qui licet specialiter videatur loqui in offendente Cardinalem, quasi secus sit in alijs atrocioribus delictis, prout consideravit ibi glof. & Angel. de malefic. in verb. ad querelam nu. 91. Tu tamen melius dicas, quod idem erit generaliter in omnibus delictis mixti fori, prout reprobata glof. voluerunt Boff. in tit. de foro competenti sub num. 147. Bald. in leg. placet col. fin. de Sacr. sanct. Eccles. Felyn. in c. olim de iudic. Gomel. tit. de delictis num. 40. Co-uarr. var. resol. cap. 10. vers. 11. Panormitan. in cap. tuæ de procurat. in 2. col. & Farinac. qui testatur de com-muni locis citatis.
- 11 Tertiò finge casum in delinquente, qui à iudice, Ecclesiastico punitus est aliqua pena ordinaria delicti, tamen puta, vel monitoria, vel excommunicationis, vel medicinalis ad animæ salutem, & tunc certum est, quod per eam non tollitur pena secularis, & consequenter ita punitus à iudice Ecclesiastico, poterit nihilominus puniri iterum à iudice seculari in delictis mixti fori. l. placet vers. si quis contravenit Cod. de Sac. sanct. Eccles. & ibi communiter scribentes, Gomel. ubi sup. in secunda conclus. num. 40. Scacc. ubi supra c. 12. num. 91. in princ. Paul. de Castr. in leg. cunctos populos Cod. de summa Trinitate, & fide Catholica nu. 3. in secunda colum. Iul. Clar. in §. fin. quaest. 17. vers. sed quæro in fine.
- 12 Quarto figurandus est casus in eo, qui pariter puni-tur à iudice Ecclesiastico non poena ordinaria delicti, sed præparatoria ad poenam secularem, ut potest poni exemplum de degradatione, quando delinquens condemnatus ratione alicuius criminis per iudicem Ecclesiasticum degradatus traditur iudici seculari, nam tunc clarum est, quod illa punitio non tollit secularem, prout est disput. tex. in §. si vero crimen collatione nona in auth. de Sanctissimis Episcopis, ubi DD. cap. si quis sacerdotum XI. questio. 1. ca. ad Abolendam §. præfenti de hæretic. c. cum non ab homine de iudic. c. excommunicatum §. damnati de hæ-reticis; Et adde tex. in cap. ad falsarium de crimine falsi & sic punctus huius questionis remanet diu-cidatus maiori qua potui facilitate, atque diluci-datione.

R E S O L V T. DCXXI.

Casus delictorum, in quibus sit necessaria criminis cognitio.

- 1 Requiritur in Hæresi.
 - 2 In Blasphemia, & sic in crimine læsæ maiestatis diuinæ.
 - 3 In crimine sacrilegij requiritur qualitas loci, & rei.
 - 4 Non requiritur in crimine maledictionis Imperatoris.
 - 5 Requiritur in genere in crimine falsæ monete.
 - 6 In delicto simplicis homicidij.
 - 7 In Homicidio mediante mandato, assassinio, proditione, parricidio.
 - 8 In vulneribus lethalibus, & non lethalibus.
 - 9 In prohibita armorum asportatione.
 - 10 In crimine ictus Sclopetti, Archibusi, vel balistæ.
 - 11 In Ruina, Incendio, Naufragio, arboribus incisis, &c.
 - 12 In Iniurijs realibus. 13 In crimine falsi. 14 In Crimine Furti, Rapinæ, Latrocinij, &c. 15 In Receptoribus malefactorum. 16 In Crimine vsurarum.
 - 17 In crimine corruptionis factæ Iudici.
 - 18 In crimine Adulterij, Stupri, Incestus, &c.
 - 19 In extrahitionibus extra Regnū, & inuentione Theauri.
 - 20 Est adeo necessaria hæc cognitio generalis, in delictis, ut non sufficiat illa probare per coniecturas.
 - 21 Si non reperitur corpus occisi, sufficit constare per famam.
- 1 Requiritur in crimine hæresis, Muscatell. in sua praxi de cognit. delictor. licet aliter sentiat Foller. in sua præct. & Clar. in allegat. q. 4. vers. scias tamen, ut per eum.
- 2 Requiritur in Crimine blasphemiar, & sic læsæ Maiestatis Diuinæ, idem Muscatell. ubi supra de cognitio-ne, seu probatione in materia blasphemiar nu. 3. licet Boffius, & Clar. aliter sentiant.
- 3 Requiritur in Crimine Sacrilegij qualitas loci, & rei leg. diuus ff. ad l. iul. pecul. secundum vero Ius Canon-icum tantum requiritur qualitas rei c. quisquis 27. q. 4. & sic vult Foller. in sua præct. in tit. capiatur Infor-matio n. 11. loquendo de furto rei Sacræ, & a loc. sacro.
- 4 In Crimine Maledictioni Imperatoris non requiri-tur, & ratio est, quia cognitio in genere in hoc delicto difficiliter haberi poterit, Muscatell. in rubr. de blas-phem. Foller. in sua praxi Crim. in rubr. c. informatio sub n. 13. dum loquitur de blasphemia.
- 5 Requiritur hæc cognitio in genere in Crimine falsæ monete, cuius cognitionis formam ponit Foller. ubi supra, n. 12. ubi dicit, quod falsæ monete crimen de-bet apparere de inuentione monete, seu fabricatio-ne: Item de Imagine, qua impressa erat quod esset Regis, vel Imperatoris, vel quod sit falsa in cuneo, vel argento liga, aut auro, & sic de singul. & latè de hoc melius, vide de hac cognitione apud Muscatellum in sua præct. de cognitione, seu probatione delictorum in rub. de falsa moneta §. 6. & sequent.
- 6 Requiritur in delicto simplicis homicidij, quæ cog-nitio in duobus casibus continetur. Primus casus erit in homine occiso cum vulneribus, seu iugulato, suffo-cato, seu præcipitato, vel iussu, vel iniussu sine lapide percussio, in mare, flumen, seu puteum projecto, aut ab alio suspenso, & hoc casu cognitio, seu probatio delicti homicidij in genere erit, ut Cadaveris illius oc-cisi iugulati, seu strangulati, & alius casus ponitur per Muscatell. in sua prax. rubr. de homicid. simplic. n. 11.
- 7 Requiritur in Crimine Homicidij mediante manda-to, assassinio, proditione, parricidio, & similibus, Fol-ler. in cit. tit. capiatur informatio n. 69. & 70. Boff. in tit. de delicto nu. 34. 35. & seq. Bar. in l. si quis qui rem la 2. §. si Titium ff. de furtis.
- 8 Requiritur ista cognitio in genere in vulneribus le-thalibus, & non lethalibus, sed quæ differentia sit inter eas doce a Muscatell. in Rubr. de vulner. lethalibus, ubi latè ponit alios casus.
- 9 Requiritur in prohibita armorum asportatione, ta-men cum illa distinctione quam adducunt scribentes in l. si barsatorem C. de fideiusso. & in l. 3. §. Neratius ff. de acquir. possess. ubi plenè per Alex. Angel. de ma-lefic. & dictus Andreas Armatus vers. & statutum, & ibi August.
- 10 Requiritur in Crimine ictus Sclopetti, Archibusi, vel balistæ, quæ in tribus casibus apertissima est, ut per Muscatell. in rubr. de ictu Sclopetti n. 2.
- 11 Requiritur in Ruina, Incendio, Naufragio, arbori-bus incisis, damno dato, & alijs, quæ autem hæc sint, vide Clar. in §. fin. q. 4. vers. quando vero, Muscatell. in rubr. de Incendijs, & Ruina n. 1.
- 12 Requiritur in iniurijs Realibus, Foller. in tit. capia-tur informatio n. 13. in sua præct. Clar. in sua præct. §. fin. q. 4.
- 13 Requiritur Cognitio in Crimine falsi, Muscatell. in præct. in rubr. de falsis licet cognitio in genere huius criminis sit minus subtilis, Bal. in l. fin. C. de fideicom. Boff. in tit. de iudic. & confid. ante torturam n. 179.
- 14 Requiritur ista cognitio in genere in crimine furti, Rapinæ, latrocinij, stratarum disturbance, Foll. in præct. Crim. cit. tit. n. 17. vlt. que ad 20. post Marfil. in sua præct. §. principium n. 6. & 7. & in §. constante nu. 28. Boff. in tit. de delicto. Clar. in §. fin. q. 4. & alij.
- 15 Requiritur in Receptoribus malefactorum, quæ qualis

qualis esse debeat ponit Bal. in l. i. C. de his qui latrocin. Foller. in sua pract. in tit. banniantur n. 17.

16 Requiritur cognitio in genere in crimine vsurarum quod qualis sit vide Couar. in lib. 3. var. resol. ca. p. i. verfic. vsura igitur Muscatell. in rubr. de vsuris numer. 11.

17 Requiritur in Crimine corruptionis factæ Iudici, quod qualiter sit ponit tex. in l. lex Julia ff. ad l. lul. quā citat Muscatell. in pract. in rubr. de Iudicis corruptela, concussione, extorsione, & barattaria, numer. 10. & seq.

18 Requiritur in Crimine Adulterij, stupri, incestus, Raptus, Sodomiz, Coitus illiciti, & simplicis fornicationis, quam dicunt Foller. in sua pract. in tit. capiat. Informatio n. 8. Muscatell. in rubr. de adulterio, & stupro, est n. 6. vbi dicit, quod Clarus tenet in pluries allegata qu. 4. in verfic. scias tamen, & verfic. quando adulteris, & omnia supra posita, excepto stupro nullam habere in genere cognitionem.

19 Requiritur in extractionibus extra Regum contrabanna fraudantibus, seu onerantibus annonam, & in thesauri inuentione, que ponit Muscatellum in rubric. de extractionibus extra Regnum numer. 6. 7. 17. 18. 20. & seq.

20 Adde quod in tantum est necessaria in delictis ista generalis cognitio, quod non sufficit illa probare per coniecturas, Abb. in c. i. & ibi Dec. col. fin. ff. de offic. delegati, Crauet. conf. 244. namque ad probationem delicti est necessaria probatio identitatis, Dec. conf. 101. col. 2. post Panor. in c. cum Ioānes de fid. Initrum. col. fin. imo vbi alias præsumeretur identitas, tamen vbi sumus in materia Criminali, illa minime præsumitur, ita singularis est doctrina Cornei in conf. 233. col. 2. & fin. & in conf. 277. col. 2. circa medium, & Ratio supradictorum duplex esse videtur; Primo namque in accusatione siue inquisitione semper oportet constare delictum esse commissum, & quidem plenè. si quando in verb. patefacta C. vnde vi, vbi Bal. & Ias. in 4. notab. Dec. conf. 410. col. 2. Secundo nam in delictis semper præsumitur pro eo, quod exculat, Bal. in l. præcibus col. 7. C. de impub. & in l. moneor. ff. de alportad. & latè Crau. in cit. conf. 244. num. 5. licet tamen in delictis occultis proceditur ex præsumptionibus, seu coniecturis, indicijs, & ceteris leuioribus probationibus etiam ad condemnandum, vt plenè habetur per Olasc. in dec. 72. sub num. 1.

Adde etiam aliam rationem ad supradicta, & est; Nam vt inquit Boss. in tit. de delictis n. 26. regulare est in qualibet materia, quod vbi lex aliquid disponit respectu certæ rei, debet prius de illa re constare l. diuus ff. de testam. vbi glos. in c. ad dissoluendum verfic. accusare de desponsat. impuber. & qui vult probare qualitatem, debet prius probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur, glos. in l. si arbiter. ff. de probat. & hanc pariter rationem considerant Gomez tit. de Capt. reorum n. 1. vbi plura in proposito adducit Concordantia iura, Brun. à sole de suo consil. crim. n. 13. & num. 139. 141. & 143. vbi amplius, quod si etiam Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, ad huc tamen intelligi debet si conitet de delicto, & non alias, &c.

21 His omisiss est aduertendum, quod licet aliquando non reperiatur corpus occisi, & sic non poterit haberi criminis cognitio, quia forte istud corpus fuerit proiectum in mare, vel combustum, & tunc sufficit constare per famam, Bal. in l. Comprobatio ff. de probat. Marf. consil. 8. in princ. verfic. quin immo, August. ad Angel. de Malefic. in verb. fama publica verfic. duodecimo num. 108. & si Cadaver fuisset sepultum, poterit Iudex illud exhumari facere, Bal. in l. si quis testibus in fin. C. de testib. Paris de sindicatu in verb. confessio num. 6. Marant. in tit. de inquisit. num. 18. Farinac.

qu. 2. num. 5. Ludouic. in pract. Crim. in tit. de inspectione occisi num. 1. c. 75.

RESOLVT. DCXXII.

Petens absolutionem à Iuramento, an pro ea obtinenda remittatur ad Iudicem loci contractus; An ad Dicecesanum, seu ad loci Superiorem.

1 Videtur posse absolui ab omnibus, in quocumque loco.

2 Episcopus loci contractus debet absolvere.

3 Maxime si Iurans renunciauisset privilegio sui fori.

4 Absolutionem petendam ab Episcopo Iurantis. 5.

D Vbium faciebat in hac controuersia, quod absolutio inramenti peti potest, in quocumque loco, & consequenter inutile esset dubitare ad quem veniat remittendus iurans pro obtinenda remissione, si quidem Anima Iurantis absoluitur, quod non circumscribitur loco aliquo c. omnis vtriusque sexus, & quod ibi communiter notatur de poenitentis c. fin. de pen. distinct. 5. Ann. alleg. 83. Calder. conf. 6. de Iur. iurad. & ob supradictam rationem, Artam. in dec. 15. de contractibus tenet vtile esse dubitare an iurans sit remittendus ad locum contractus, vel ad Iudicem Iurantis citatum, quam opinionem tenuit etiam Capic. in dec. 18. num. 5. verum vt in hac questione ordinatè procedam illam diuido in duas Doctorum opiniones.

1 Prima opinio est Belingæ in speculo Principis rubr. 9. nu. 13. quod voluit Episcopus loci contractus, & sic in quo fuit præstitum ius iurandum debet absolutionem concedere, quam opinionem referunt, & sequuntur Alex. in l. hæres absens §. si quis tutelam ff. de iudic. post B. l. in conf. 61. vol. 1. Alciat. in conf. 17. n. 7. & seq. Alban. conf. 93. nu. 4. & seq. vol. 1. Cardinal. in c. 1. nu. 7. & Felyn. in col. 6. verfic. 15. de iur. iur. quorum opinio fundamentum recipit ex eo, quod ratione contractus quis sortitur forum l. in cōtractibus §. in omni C. de non n. pec. vbi exceptio non numeratæ pecuniæ apponitur prius coram iudice, & Episcopo loci contractus c. Romana §. contrahentes de for. competent. in 6. & hic euenit, quod ratione Contractus quis remittitur ad locum, in quo contraxit, quoties iuramentum interuenit, Bellig. in specul. Principis rubr. 11. §. visum est Roman. sing. 470. Borrell. conf. 50.

2 Quæ opinio ampliatur maxime, vbi iurans renunciauisset privilegio sui fori puta submittendo se alterius fori, iux. dec. Milinger. cens. 2. obleruat. 15. Iaffred. 79. & Grat. 280.

3 Secunda est opinio superiori contraria, vt scilicet absolutio sit petenda Episcopo iurantis, & consequenter ad eum esse remittendum pro illa impetranda, cuius opinionis auctores fuerunt Lapus alleg. 10. Calder. conf. 1. de offic. ordinarij, Federic. de Senis conf. 6. Ludovic. Roman. conf. 579. Aret. conf. 142. col. 4. Capic. dec. 18. referens ita praticari in S. C. Cauale. in decis. fin. 9. num. 31. part. 1.

4 Sed quidquid sit ex supradictis primam opinionem sequor ex notabili doctrina Conon. lib. 1. var. resol. c. 4. nu. 5. Gagliard. de absolut. a Iuramento §. 4. nu. 55. Billott. eiusdem nominis tractatus p. 3. q. 15. Mancin. de iuram. part. 7. q. 14. Seraphin. de priuileg. priuileg. 43. n. 7. & seq. Corn. de Absolut. forens. qu. 10. in fin. & hanc esse communem Doctorum opinionem testatur Couarr. loco supra cit. Nihilominus in Curia Archiepiscopali Neapolitana ex antiquissima obseruantia, absoluntur omnes exteri à iuramentis præstitis etiam extra Regnum, quia accedunt ad Ciuitatem Neapolitanam animo litigandi in M. C. V. vel in S. C. vt testatur Genuensis in practica Archiepiscopali Neapol. 64. n. 9. & Anna alleg. 83. to. 2.

R E

RESOLVT. DCXXIII.

Tertius veniens in causa an sit remittendus ad
suum Iudicem.

Supponitur, quod existente lite, & controuersia, inter duos comparuit tertius pro suo interesse, cumque allegasset priuilegium sui Iudicis, petens causam remitti, an sit iste remittendus.

- 1 Et prima facie videtur concludendum affirmatiue ex eo, quod tertius uti persona priuilegiata potest forum declinare l. si quis pro lutorio, vbi Bart. & reliqui communiter ff. de appellat. Nihilominus contrarium in praxi est tenendum, si quidem tertius qui ad coadiuandum comparuit, audiri debet in terminis, in quibus causa reperitur c. fin. ut lit. pendent. in 6. Couarr. pract. quest. c. 11. n. 13. Affl. in dec. 16. & tenetur prosequi causam in eo loco, & statu, in quo erat tempore quo comparuit, Felyn. in c. cum super de re iudic. nu. 15. Ann. conf. 98. vol. 2. cum alijs, quos probat Couarr. loc. supr. cit. quibus accedit Menoc. conf. 488. n. 5. vol. 5. Gail. lib. 1. obser. 71. Franc. Marc. dec. 24. vol. 1. cuius decisionis ratio ex eo colligitur, quod causa, & ius tertij est connexa cum causa, & iure principali secundum Menoch. Gaill. & Ann. locis proximè citatis, quibus addo Arraman. dec. 3. de Iudic. & Coler. dec. 71. & propterea causa tertij, & principalis, vna, eademque sententia determinari debet, Ann. cit. conf. 98. n. 3. & propterea subintrent termini tex. in l. nulli C. de Iudic. Menoc. cit. conf. 488. hinc est, quod præclusa via principali dicitur præclusa incidenter venienti, Bal. in l. si ex tempore C. de remissione pignoris, Marzar. conf. 24. Mandell. conf. 91. vol. 1. & de Rubeis conf. 7. & ex his fuit decusum in hoc nostro S. C. teste Ann. in alleg. 76. vol. 1. non potuisse clericum comparentem in causa uti tertium petere remissionem, & declinare forum, sequitur Vrsill. in addit. ad Affl. in dec. 15. & Affl. in constituit. Regn. incipit Minorum num. 19.

RESOLVT. DCXXIV.

Quibus Modis quis fortiatur forum, & in consequentia
veniat remittendus.

Forum quis fortitur varijs innumerisque modis, primo ratione Contractus l. hæres absens §. si quis tutelam ff. de iudic. Item ratione communis patriæ: Item ratione domicilij scilicet vbi habet maiore diuitiarum suarum l. ciues C. de incolis l. fideicomissu §. pen. ff. de Iudic. l. cius qui ff. ad municipalem, & an quis possit in eodemque loco plura obtinere domicilia, vide tex. in l. Labeo ff. eodem qui dicit, quod sic. Itē ratione manumissionis, ut libertas sequitur forum patroni l. assumptio §. fin. ff. eod. Item ratione originis propriæ, vel paternæ l. assumptio §. 1. ff. eod. l. fin. & l. penult. l. de muner. & honor. lib. 10. Item ratione militiæ l. magisteria C. de iurisdic. omn. Iudic. de Franch. dec. 88. & propterea in l. municipes §. miles ff. ad municipalem habetur, quod miles dicitur esse illius loci, vbi stipendium exercetur. Item ratione matrimonij l. exigere ff. de Iudic. Tefaur. dec. 190. Surd. dec. 126. facit tex. in l. fin. §. 1. ff. ad municipal. quod amplia procedere etiam in vidua l. filij §. vidua ff. ad municipale, quod limita in concubina l. fin. §. item Rescriptum ff. ad municip. Item ratione rei c. sane de for. comp. l. fin. C. vbi in rem actio de Franc. in dec. 178. Caualec. dec. 18. p. 1. Item ratione lectoræ. Nam lector fortitur forū in loco vbi legit, & ibi debet remitti, Bart. in l. 1. ff. ad municipale. & testatur fuisse decusum, Ann. singul. 490. Item ratione Canonicius. Nam Canonici fortitur forum, vbi facit residentiam, Diaz. pract. crimin. Canon. cap. 1. Item ratione communis temporis scilicet

decem annorum l. 2. C. de incolis. Item ratione recō-
uentionis l. Papinianus, & l. consequenter C. de sentē-
tijs, & interlocutionibus. Itē ratione Clericatus auth.
si Clericus de Episc. & Cler. Item ratione delicti auth.
qua in prouincia l. vbi de Crimin. agi oportet c. postu-
lasti de for. cōp. & latē de Franc. in dec. 37. Iaffred. dec.
49. latissime Couarr. in tract. q. c. 11. Itē ratione pro-
rogationis l. 1. C. de iurisdic. omnium Iudicium,
& latē Affl. in dec. 28. Item ratione Religionis, Veral.
dec. 190. p. 1. Item ratione miserabilitatis personarū
leg. vnica l. quādo Imperator inter pupillas, & viduas,
de Franc. dec. 100. & latissime Thesaur. in dec. 177. Itē
ratione Artis l. per iniquum C. de iurisdic. omn.
Iudic. de Franc. in dec. 305. Item ratione offensionis
aurium l. nulli C. de testib. Bar. in l. diuo Pio §. 1. ff. de
sententia, & re iudicata, de Franc. in dec. 147. Ann.
conf. 109. vol. 2. Item ratione quasi contractus l. hæres
absens §. si quis tutelam ff. de iudicijs. Item ratione
distractus ut in d. l. hæres absens §. fin. ff. eod. tit. Item
ratione administrationis l. 1. C. vbi de latrocinij agi
oportet, Grat. in dec. Rotæ Marchiæ 280. Item ratio-
ne matris, vt procedit in vulgo quæstis, enim isti cen-
sentur nati ex patria, in qua nata est eorum mater l.
eos qui iustum ff. ad municipalem. Item ratione Ca-
stellij, Villæ sitæ in territorio alicuius Ciuitatis, nam
iplæ fortitur forum illius Ciuitatis l. qui vico ff. ad
municipalem; Item ratione seruutis Ecclesiæ c.
Ecclesiæ seruus 12. q. 2. glof. in c. eos dist. 32. &
in cap. clericum 111. q. 7.

Adde propria opinione Bart. in l. fin. in fin. ff. de re-
diuis. l. fin. in fin. ff. de iurisdic. omn. Iudic. l. inter tu-
torem n. 5. & seq. ff. de admin. tutor. Bal. in l. cætera §.
si duobus n. 5. ff. de legat. 1. Angel. & Cast. in l. est re-
ceptum in fin. ff. de iurisdic. omn. Iudic.

RESOLVT. DCXXV.

Combaro delinquens in Territorio communi, an possit
petere remissionem ad Iudicem supremum.

- 1 **E**T pro prima, & affirmatiua opinione, & sic quod
Combaro delinquens in territorio communi sit
remittendus ad Iudicem supremum, dicitur, & facit,
nam par in parē non habet imperiū, nā magistratus
de arbitris l. ille a quo §. tempestium ad Trebellia-
num, sed isti Combarones sunt pares in iurisdic. tione;
ergo Combaro nō potest eum punire, sed tenetur re-
mittere ad Iudicem supremum, argumento tex. in l. 1.
ff. ad Trebell. & in l. is a quo §. tempestium §. de ar-
bitris, & in l. uam Magistratus ff. eod. ca. innotuit de
elect. & facit addit. ad Cappell. Thollos. in dec. 423. vbi
Archiepiscopus delinquens in diocesi suffraganei,
non potest ab eodem suffraganeo puniri in hoc non
videatur facere.

Supponatur in facto, quod in aliquo loco existerent
duo Barones habentes vnū territorium pro indiuiso,
in quo quidē territorio obtinerent merum, & mixtū
imperium, ac omnimodam iurisdic. tionem, & vnus
iporum delinqueret, an suus Combaro possit eum
punire, vel veniat iudici in poenam remittendus.

- 2 Et pro secunda, & parte negatiua dicendo teneo,
quod non potest remitti, ad cuius sententia: appro-
bationem adduco conclusionem in iure clarissimam
scilicet quem esse remittendum ad locum delicti l. si
cui §. cum sacrilegium ff. de accus. facit tex. quod ibi
communiter notatur in l. 1. C. vbi de priuileg. cogn.
oport. c. licet de for. compet. vbi quis ratione delicti
fortitur forum auth. qua in Prouincia C. vbi de crim.
agi oport. c. postulasti de for. compet. Iaffred. dec. 49.
Dom. de Franc. in dec. 37. & procedere etiam in cri-
mine falsi, voluit tex. in l. nulli C. de testib. & latē Affl.
in dec. 230. & 219. & post eum de Franch. in dec. 147.
Ann.

Ann. alleg. 109. vol. 2. & adde text. in l. hæres absens §. item ad Labeonem ff. de iudic. ubi habetur, quod ratione quasi delicti quis sortitur forum, & in l. capitulum §. famosus ff. de pœnis, ubi etiam notatur, quod ibi quis puniri debet ubi deliquit, unde de Franch. in cit. dec. 37. voluit forum delicti esse potentiorē omnibus alijs foris post Viu. in Sylua comm. opin. 420. n. 4. & post glos. communiter approbatam in l. hæres absens ff. de iudic. & propterea Thesaur. in dec. 90. Triufan. in dec. 70. p. 2. Magon. dec. 70. Koppem dec. 17. voluerunt, quod concurrentibus iudice delicti, & originis præfertur Iudex delicti licet de iure Regni speciali privilegio Baronibus concessio possint cognoscere de delictis per eorum Vassallos perpetratis, de Franc. dec. 66. quam limitavit Minad. in dec. 18. non procedere quoties iurisdicção esset concessa in Vassallos circumscripto territorio.

Ad id probandum adduco text. in c. postulasti de for. compet. ubi si Clericus delinquens habeat beneficium, potest Iudex delicti pro delicto ab eo perpetrato punire eum non obstante beneficio.

Adde etiam pro confirmatione huius secundæ opinionis, nam delictum commissum à Combarone operatur, quod idem Combaro efficiatur subditus ratione delicti cum ratione ipsius delicti amittat verum Imperium, & efficiatur tanquam priuatus Arg. tex. in l. sicut C. ubi Senatores, vel Clarissimi, & argumento tex. in l. si vt certo ff. comodati, & ratio ea mihi esse videtur, nam ipsemet Combaro delinquendo subijcit se pœnæ l. per iniquum C. de iurisd. omni. iudic.

RESOLVT. DCXXVI.

In contractibus an procedat remissio.

- 1 Ratione contractus est remittendus ad eundem locum.
- 2 Limita, quando in loco contractus non reperitur.
- 3 Nisi tamen debitor renunciaffet fori privilegio.
- 4 In contractibus, quando datur locus remissioni.
- 5 Quoties Iudex requirens, petensque remissionem, & requisitus, non sunt eiusdem Imperij, quid sit faciendum.

Huius quæstionis exemplum habetur in c. Romana §. contrahentes de for. compet. in 6. ubi si quis exterius contraxerit in aliquo loco, potest ibidem conuenire, & hoc ratione contractus ibi celebrati, vt dixerunt communiter DD. in l. i. C. ubi de crimin. agi oport. quod ampliant procedere etiam in quasi contractu iuxta tex. in l. hæres absens §. si quis tutelam ff. de iudicijs, & tandem in contractu celebrato etiam per alium d. l. hæres absens §. proinde, & in distractu, cum reguletur iuxta naturam contractus, Bart. in leg. iuris gentium ff. de pact. Intrig. in dec. Sicil. 16. tamē in hoc est animaduertendum, quod licet regulariter ratione contractus quis sit remittendus ad eundem locum, tamen hoc limita multipliciter.

- 1 Et Primo, quando in loco contractus non reperitur, tunc enim non remittitur, & ita intelligendus est text. in d. §. contrahentes, quem sic intelligendum voluerunt Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. vnic. in princ. Grammat. dec. 26. Ioseph. Ludou. dec. 74. Boer. dec. 29. Guid. Pap. dec. 202. Sed hæc limitatio sublimitatur.
- 2 quando debitor renunciaffet fori privilegio, quia tunc etiam si non reperitur in loco contractus, potest ibidem conueniri, & ibidem remissio peti, glos. notab. & ibi Bar. Bal. & communiter DD. in l. i. ff. si quis in ius vocatus non fuerit, Bal. in l. i. & in l. cum Archimedorum C. vt in possessione legatorum, licet Angel. in d. l. i. contrarium teneat per text. in c. Romana §. contrahentes de for. compet. & secundum Panor. in c. i. de iudic. ille text. limitatur per glos. prædictam quando non erat privilegio fori renunciatum, ita Iaffred. Balb. in dec. 5.

& fuisse ita etiam decisum testatur Mifinger. cent. 2. obseru. 5. ubi quoque dicit hoc esse, & euenire, vt renunciatio privilegij fori aliquid operetur, quod Bal. ibidem menti tenendum ait, plerique tamen existimant, quod etiam sine renunciatione fori quis inuitus possit ad locum contractus extrahi, sed hoc Bal. tum demum verum putat si se ibi sistere promiserit, quia est in delicto, quod non potest purgare, nisi ibi sistat. Vnde colligitur in contractibus locum esse remissioni ubicumque quis promisit se certo loco sistere, si modo ibi solutio faciendâ sit, nam si in vno loco contractum sit, & in alia sit faciendâ solutio, non fit remissio ad locum contractus, nec inuitus quis cogitur ibi iudicium suscipere, nisi sponte ibi inueniatur, & non raptus vi, vt notatur in l. hæres absens §. ult. ff. de iudic. Bal. loc. supr. cit. n. 5. 6. & 7. & est tex. in l. contraxisse ff. de actionib. & oblig. & idem dicimus ex summessione defuncti ad omnes Curias cum renunciatione fori potest hæres ibi conueniri c. dilecti, & ibi Butr. & Abb. extr. de for. compet. Bart. in l. postulante per illum tex. ff. ad trebell. l. si is qui Romæ ff. de iudic. sed ex summessione defuncti ad arrestum non poterit hæres arrestari secundum Bart. Angel. & Alex. in l. si decesserit, & l. i. §. ne autem C. de caduc. tollend. quæ summessio ad arrestum valet si fuerit iurata, & est seruanda de iure Canonico c. ex rescripto ext. de iur. iurand. qui text. est ad limitationem traditorum per DD. circa hunc punctum in l. nemo potest ff. de leg. 1. & in l. ob es, C. de actionibus, & obligat. vt vult Iaffred. Balb. dec. 69. in fine.

- 5 Sublimita secundo, quoties Iudex requirens, petensque remissionem, & requisitus non sunt eiusdem Imperij, prout est communiter DD. opinio relata per Franch. Marc. dec. Delin. 400. n. 9. Aufred. ad Cappell. Tholos. dec. 319. sunt tamen consulendi Bal. in l. 2. C. de seruis fugitiuis n. 2. vers. sed nunc, quod Clar. lib. 5. §. fin. n. 2. q. 38. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 12. §. vnic. n. 14. Boer. dec. 29. ex n. 5. Didac. Perez. lib. 8. tit. 4. l. 3. pag. 88. in vers. 2. limita, & optimè in tit. 17. l. 2. pag. 337. vers. dubium censi solet, Couarr. in pract. q. cap. 11. num. 10.

RESOLVT. DCXXVII.

An fideiussor conueniendus sit coram suo Iudice, an remittendus coram Iudice suo principalis.

- 1 Fideiussor non est remittendus Iudici debitoris principalis, sed est conueniendus coram suo Iudice.
- 2 Nisi vel renunciauerit privilegio fori.
- 3 Vel apponatur clausula, per quâ se submittat omni foro.
- 4 Laicus fideiussor clerici non est remittendus.
- 5 Regula, quod exceptio quæ competit principali, non competit fideiussori, quomodo intelligenda.

Quæro an fideiussor conueniendus sit coram suo Iudice, an vero remittendus sit Iudici debitoris principalis. Ad quod respondeo non esse remittendū, pro vt probat Specul. in tit. de fideiussor. §. i. col. fin. in fin. Bal. in l. cum Archimedorum C. vt possit legator. Alex. in l. i. in fin. ff. qui satisfare cogantur, & in conf. 35. n. 4. vol. 1. & in conf. 6. n. 3. eod. vol. Dec. conf. 337. n. 13. vol. 2. Beltrand. conf. 17. n. 4. Roland. à Vall. conf. 42. num. 5. vol. 1. Roman. fing. 93. Mifinger. obseru. 5. cent. 2. in princ.

- 2 Limita primo si renunciauerit privilegio fori, quia in loco contractus conuenitur, & ibi remitti debet, vt se sistat per tex. in c. Romana §. contrahentes de for. compet. in 6. glos. in l. i. ff. si quis in ius vocatus nō fuerit, Couarr. pract. quæst. c. 1. post n. 11. Iaffred. dec. 5. cent. 1. post Soccin. in Reg. 110. nu. 5. Fallent. 7. Mifinger. loc. cit.

3 Limita

- 3 Limita secundo, si apponatur clausula, per quam fideiussor submittit se omni foro, & loco, ita ut possit ubicunque conveniri, Gallef. ad formam Camera oblig. p. 2. q. 3. post Bart. in l. 3. §. si quis ita ff. de eo, quod certo loco, Felyn. in c. fin. n. 19. de for. compet. & in c. pactum 7. de iudicijs, Bal. in l. 3. §. sed si quis n. 22. C. commun. deleg. Cepoll. Cautel. 70. Rom. Sing. 57. Grat. in Rot. Marchie in dec. 180. post num. 12.
- 4 Amplia suprapositam conclusionem principalem non procedere in laico fideiussore Clerici, prout voluit Specul. in tit. de compet. Iudic. adit. §. regulariter, vers. pone fideiussor, quem allegavit adhuc Bald. in l. 1. in fin. C. de privileg. dot. & est tex. in l. si neque ff. de Iudic. fol. vbi exceptio declinatoria competens principali, non competit fideiussori, seu cessionario, & probat bene tex. in l. sed, & si restituatur §. 1. ff. de Iudic. Roman. in sing. 645. & fuit decissum in S. C. per Affl. in dec. 206. eam opinionem sequutus fuit Guid. Pap. dec. 562. & sic habes limitationem ad regulam quod exceptio, que competit principali, non competit fideiussori: de alia exceptione vide Affl. in dec. 5. scilicet de salvo conducto principali, quod non extendatur fideiussori: de tertia vero declarat Angel. in l. quæ relegationis ff. de rei vendic. l. de pace facta cum principali cum persona sua tantum, quæ non extendatur ad fideiussores cum limitatione tamen, quam vide ibidem per ipsum, quem refert, & sequitur Dec. in c. quanto, in 11. col. licet Barb. in conf. 12. col. 6. dicat contrarium, sed adest concordia opinionum, ut per Dec. cit. loc. in ver. ex prædictis, quartam limitationem ponit Bal. in l. 1. in fin. C. de divers. rescript. post tex. & glos. in l. creditor ff. mand. in verb. posse, in princ. de inhibitoria, obtenta per principalem in causa vsurarum, vel appositionis, quæ non prodest fideiussori, sed contra eum virtute Instrumenti potest fieri executio, sequitur Ias. ibid. & Aret. in cōf. 33. col. 1. Marfil. in Sing. 125. Dec. in conf. 13. in 1. col. Bologniet. conf. 36. quintam ponit Alex. & tex. in addit. ad Bart. in l. Marcell. ff. de fideiussoribus, Paris. cōf. 16. n. 10. cum seq. 11. vol. & est, quod obligatur fideiussori, licet minor non obligetur, de ceteris vero exceptionibus, quæ cōpetant principali an prosint fideiussoribus, vide text. in l. ex persona ff. de fideiussor. & per Soc. in l. exceptiones §. rei ff. de excep.

RESOLVT. DCXXVIII.

Contumax in genere, an amittat Ius petendi remissionem ad eius Iudicem competentem.

- 1 Contumax amittit ius petendi remissionem ad eius Iudicem competentem.
- 2 Limita nisi Iudex, qui citavit, fuisset omnino incompetens.
- 3 Secundo, in Clerico citato à Iudice Laico.
- 4 Tertiò, in Barone, cuius Vassallus non comparendo fuit factus contumax.

Supponatur in facto pro huius articuli dilucidatione, quod quidem reperiretur privilegiatum, ut non posset nisi sub certo Iudice conveniri iuxta termin. tex. in c. 1. de privilegio, l. 6. & tradita per Capic. in dec. 159. unde cum prædictus privilegiatus certa die esset citatus à Curia aliqua, & non cōparendo effectus fuit contumax, fuit dubitatus an postea comparendo possit allegare suum privilegium, & consequenter petere remissionem ad eius Iudicem competentem, & concluditur communiter per omnes talem non esse remittendum, ex quo uti contumax amittit declinatoriam fori secundum Angel. in l. 1. ff. de privileg. creditor. vbi dicit, quod in poenam suæ contumaciæ perdit, ut non possit apponere declinatoriam fori allegat. glos. in l. si finita §. item si videamur ff. de damn. infect. & dicit esse casum quem alibi nescit in l. de die §. ple-

nè, si qui satisfacere cogantur, facit ad idem Imol. in c. si duob. col. 1. de appellat. Franc. in c. 1. de iudic. & iuxta hanc opinionem refert decissum Affl. in dec. 233. unde secundum Alex. in conf. 23. vol. 2. & vol. 3. contumax non apponit de litis pendentia, ex quo amittit declinatoriam fori, quam conclusionem sic firmatam illam limito tribus modis videlicet.

- 2 Primò, non procedere vbi Iudex fuisset omnino incompetens, tunc enim obstante contumacia, potest allegare de incompetencia dummodo Iudex ante non fuisset interlocutus se competentem, ut loquitur Bar. in l. 2. vbi etiam Alex. ff. si quis in ius vocatus si censuerit, Angel. in l. cum qui ff. de privileg. creditor. Marfil. sing. 227. & Vrsill. in dec. 133.
- 3 Secundo, limita in Clerico, qui licet citatus coram Iudice laico non comparuerit, si tamen enim ex post facto comparuerit allegando privilegium, remittendus est ad suum Iudicem, & sic non amittit ad declinatoriam fori per contumaciā, ita Affl. in conf. Regn. hac lege col. fin. & in conf. penam eorum col. 4. post Alex. in l. de die §. tutor. n. 8. ff. qui satisfacere cogantur, Innoc. in c. propterea de dilat. Rip. in l. 2. nu. 8. ff. de re iudic. & fuit decissum in hoc nostro S. C. testè Ann. in sing. 120.
- 4 Tertiò, limita in Barone, cuius Vassallus non comparando fuit factus contumax, nam potest Baro suo nomine petere remissionem, Tiraquell. de retract. l. i. §. 8. glos. 2. n. 8. Bart. in l. 1. §. post oper. ff. de nou. oper. nunciat. Felyn. in c. ex tenore n. 15. de rescriptis, & in c. cum sit Romana col. 1. de appell. & in c. cum sit generale col. 4. de for. compet. Boer. dec. 214. & Capic. dec. 9. Dom. de Franc. in decif. 417. n. 2. declarando procedere in quocunque Vassallo Baronis, nedum ratione feudi post Amadeum de Pont. & alios, quos ipse citat, & ultra ipsum Caraut. in rit. 231. n. 2. Bellug. in specul. Principum rubr. 155. sed quid dices n. 6. fol. 103. Ann. in conf. 99. n. 12. lib. 2.

RESOLVT. DCXXIX.

Iudex domicilij an possit cognoscere de delicto commissio per subditos extra Territorium.

- 1 Prima sententia asserentium.
- 2 Contrarius, & delicta, quoad ius fori, parificantur.
- 3 Iudex domicilij, seu proprius Episcopus potest suum subditum punire pro delicto commissio extra suam Diocesim.
- 5 Delinquens, in pluribus locis fit reus.
- 6 Forus domicilij dicitur esse generalis, ad omnia.
- 7 Quomodo Iudex non potest cognoscere nisi de delicto commissio in sua iurisdictione.
- 8 Iudicis domicilij interest animaduvertere subditos, & purgare Prouinciam à malefactoribus, licet alibi deliquerint.
- 9 Intellectus tex. quod subditi committentes furtum extra diocesim non incidunt in poenam, siue excommunicationem, qua in aliqua diocesi excommunicantur.
- 10 Criminalia ibi iudicanda, vbi sunt commissio, vel incepta.
- 11 Iudex domicilij potest ex officio, & sic per viam inquisitionis agere contra subditi reum extra suam iurisdictionem.
- 12 Subditi qui pugnavit in duello cum alio subdito domini sui extra illius domini iurisdictionem, & interfecit illum, non potest puniri à Domino suo de tali delicto.

IN Articulo huius questionis Doctores concordantes minimè fuerunt, enim duas reperio Doctorem sententias, quarum prima fuit Abb. in cap. fin. de for. compet. nu. 38. & in c. cum contingat sub n. 6. vers. in vers. at queritur n. 7. Bart. in l. si cui §. fin. ff. de accus. vers. istud dictum nu. 6. Soccin. in reg. 87. Ioann. Andr. in c. animarum de constit. in 6. Cald. conf. 14. Bar. & Bal.

in l. cunctos populos, ubi latē dicunt, quod pro delicto commissio extra territorium Domini per subditum potest accusari, & puniri subditus in loco domicilij, vel originis, prout formando refert Puteus in lib. 6. de re milit. q. 22. n. 2. qui omnes dicunt, quod Iudex domicilij de delictis extra Territorium cognoscat, quā opinionē sequuti sunt etiam Bellag. in specul. Principum in rub. 23. in tit. de effect. Imperij, vers. & scias fol. 118. latē Couarr. in pract. quest. c. 11. n. 6. in vers. nec obstat in 2. col. Par. in tract. de indicatu in verb. salarium c. facta est electio, Capiblan. in prag. de Baronibus 6. n. 253. Regens Tapia in conf. Reg. capitaneorum n. 6. vers. ad id vero, Baiard. in addit. ad Clarum in §. fin. q. 39. n. 12. Boer. dec. 270. Rouit. in prag. 1. ubi de delictis quis conveniri debeat post n. 6. Rot. Lucen. in dec. 70. & 41. Glos. in l. delegatorum §. interdicere ff. de interdict. Magon. dec. 39. & 70. Guid. Pap. dec. 202. n. 2. Franc. Marc. dec. 989. Ioseph Ludov. dec. 16. n. 22. & seq. Thesaur. in dec. 90. Dominus de Franch. in dec. 66. Ricc. in collect. 48. & 615. Marant. conf. 35. nu. 10. Caslan. in consuetud. Burgund. n. 11. fol. 4. Crass. in lib. 2. comm. opin. c. 8. q. 1. Villalob. lib. comm. opin. lit. D. n. 57. Diaz qui testatur de comuni in sua pract. Canon. c. 8. n. 8. & ita in praxi servari, & ab ea non recedendum dicit ultra alios Clar. in §. fin. li. 5. receptarum sententiarum q. 29. n. 4. Bossius de for. comp. nu. 182. Farinac. de inquis. in q. 7. post n. 21. in fine.

Quæ opinio de his medijs, & rationibus eā defendo.

1. Primò, venit confirmanda hæc sententia, quia tritissimum est in iure, quod contractus, & delicta quo ad ius fori parificantur, secundum textum in l. omnem ff. de iudic. §. hoc considerantes col. 5. in aut. vt omnes obediunt iudicibus, sed sic est, quod ratione contractus potest non solum quis conveniri in loco ipsius contractus, sed etiam in loco domicilij. l. hæres abiens §. fin. ff. de iudic. c. Romana §. contrahentes in 6. de for. comp. ubi etiā glos. l. assumptio §. filios ff. ad municipale l. 3. C. de muner. & orig. li. 10. ergo pari ratione delinques conveniri poterit in loc. domicilij, & ibi a iudice puniri.

2. Secundò, pro huius sententia confirmatione adduco text. in terminis in c. cum contingat de for. comp. ubi habetur, quod Iudex ratione domicilij, seu proprius Episcopus poterit suum subditum punire pro delicto commissio extra suam diocesim, seu suū territorium.

3. Tertiò facit, nam si in loco domicilij non posset conveniri de alibi gestis, & sic de delictis in alijs locis perpetrat, oriretur, quod istud forum respectu domicilij superflueret, quod non est verum per text. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. ubi hoc domicilium permittitur, prout est etiam text. in c. delicti c. cum contingat, & c. fin. ubi de for. compet. Imo esset refugium omnium delinquentium, & daretur facultas delinquendi, quod in iure non est permittum.

4. Quarrò facit, nam delinquens in pluribus locis fit reus scilicet in loco delicti domicilij, vel originis l. 1. C. de iurisd. omn. iudic. ca. 1. ubi glos. extr. de raptori- bus l. solent ff. de custodia reorum glos. in l. a diuo pio §. sententiam Romæ ff. de re iudic. ergo potest puniri a Iudice domicilij enim sicuti licitum est Iudici loci delicti Prouinciam purgare malis hominibus eos puniendo l. cognouit ff. de offic. præsid. Ita etiam interest Iudici domicilij illam purgare cognoscendo inter subditos de delictis extra territorium perpetratis.

5. Quintò corroboratur hæc sententia etenim forum domicilij dicitur esse generale, & ordinarium ad omnia, Felyn. in c. fin. ubi etiam Panor. de for. compet. n. 23. & omnes Canonistæ in c. cum contingat. eod. tit. n. 7. Calder. in c. 1. de raptor. sed si subditus non posset conveniri in foro domicilij de delicto alibi commissio forum non esset generale ad omnia, vt cōmuniter habetur per DD. vnde ab hoc euitandum debemus sequi hanc opinionem scilicet, quod Iudex domicilij

potest punire delinquentem extra territorium.

7. Secundam opinionem contrariam sequuti sunt Specul. in §. 1. de competentia Iudic. Ruinus confil. 84. n. 9. vol. 4. Bal. conf. 34. vol. 2. eod. n. Felyn. in c. cum a nobis de sent. excommunic. quest. 3. Parif. conf. 156. lib. 4. n. 6. Burfat. conf. 77. nu. 1. cum seqq. Salic. in l. leros C. ad l. iul. de vi publ. Gram. dec. 26. n. 6. Nouellus in conf. crim. diuers. 169. n. 11. Marfil. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. n. 53. & in pract. 55. constante n. 90. Gomez. in tit. de delictis in lib. var. resol. ca. 1. tom. 3. Roland. conf. 19. vol. 2. Menoch. in conf. 2. n. 130. Barb. in c. cū contingat de for. compet. n. 26. cum alijs seqq. Soccin. in l. a diuo pio §. sententiam Romæ ff. de re iudic. nu. 16. & sic procedere non obstante, quod consuetudo sit in contrarium, tenuit Foller. in sua pract. Crim. in ver. audiantur excusatores, Nellus de Bannitis in 2. p. secūdi temporis q. 58. ubi dicit, quod ista obseruatur, & sequitur Ias. in l. ubi pactum C. de transact. sub n. 18. vers. 2. limita, & in l. extra territorium nu. 22. ff. de iurisd. omn. iud. & adde insuper Bald. in c. 1. §. si Iudex de pace tenenda, ubi inquit formalia verba sc. quod dominus minimè debet esse sui subditi Beccarius, quia tanquam pater debet facere, nec tenetur inquirere, quia non subditum de maleficio commissio extra suam iurisdictionem, quem refert Affl. in dec. 265. Fallent. 1. pro cuius opinionis comprobatione licet possit dici, quod Iudex non potest cognoscere nisi de delicto commissio perpetrato in sua iurisdictione per text. in l. si crimen. §. fin. ff. de accusat. tamen ad dispositionem huius text. respondeo per solutionem quā refert Bart. in d. §. fin. n. 6. quæ est, quod text. ille loquitur de Iudice respectu delicti, vnde non valet cognoscere, nisi de illo delicto facto in sua iurisdictione, vt ibi, secus autē quando sumus in iudice domicilij, vt in proposito nostro enim poterit cognoscere de delicto commissio extra territorium per suum subditum, & licet facta solutione istius oppositionis posse insurgere ingeniosus dicens, quod ideo Iudex domicilij ratione cognoscit de delictis commissis in sua iurisdictione, nam delicta ibi facta censentur ad suam perniciem commissio, cum ibi sua persona reperitur, sed in casu huius opinionis cessat hæc ratio, enim hic agitur de delicto perpetrato extra suam iurisdictionem, & sic in absentia suæ personæ, ergo sequitur, quod debet cessare a parte ista punitio, cessante enim causa, cessat effectus c. cum cessante de appell. l. generaliter C. de Episc. & Cler. l. si possunt C. de hered. instit. l. tertia scia §. vltimas ff. de leg. 2. l. cedere diem ff. de verb. oblig. l. senatus §. nec dubitauere ff. de donat. caus. mort. & glos. in l. 3. ff. eod.

9. Ad quod etiam Respondeo, quod licet ipse Iudex respectu domicilij non potest de hoc delicto cognoscere, tamquam ibi non commissio, tamen potest cognoscere ex eo, quia sua interest animaduertere in suos subditos, & purgare suam Prouinciam a talibus hominibus, licet alibi deliquerint cit. l. cognouit, & facit l. præles ff. de offic. præsid. & quamvis iterum pro confirmatione prædictæ opinionis posset adduci tex. in c. vt animarum in fin. de constit. in 6. ubi scriptum reperitur, quod si stat statutum in dieces, vt subditi committentes furtum sint excommunicati, dicit ibi text. quod si subditi committunt furtum extra diecesim non incidunt in penam, siue excommunicationem, & sic in consequentia Episcopus illius locis de illo non poterit cognoscere, enim illud statutum extra suam diecesim non valet. Ad quod respondeo, quod licet delinquens extra territorium ex dispositione excommunicationis subditus non veniat puniendus per suum Episcopum, vt supra, tamē suus Episcopus potest eum punire per dispositionem iuris communis l. 1. & auth. qua in Prouincia C. ubi de crimin. agi oport. ita Panor. in cit. c. contingat il 2. col. 2. vnde sequitur, quod

11. conclusio superius adducta ex hac responsione red-
ditur

- ditur falsa, posset ultimo adduci ad confirmandam hanc sententiam scilicet quia criminalia ibi sunt iudicanda, ubi sunt commissi, vel incepta l. 1. C. ubi de crim. agi oportet, sed delictum non fuit perpetratum in loco domicilij; ergo Iudici domicilij non licet eum punire, & maxime cum delinquens principaliter veniat puniendus in loco criminis, Auth. qua in Provincia C. eod. tit. c. postulasti de for. comp. Illustris de Franc. in dec. 37. & Iaffred. dec. 49. ad quem tex. sic respondet, quod verum est, ut ibi quis puniatur ubi deliquit, tamen quando Iudex delicti non potest habere copiam rei delinquentis, tunc licet Iudici Domicilij eum cognoscere, glof. 2. & Bart. in cit. l. 1. in princ. licet hoc procedat quotiescunque reus non fuerit requisitus a foro delicti, nam tunc cogere Iudex domicilij eum remittere, Clem. pastoral. de re iudic. §. si verò comprehensorum, auth. ut nulli iudicium col. 9. & auth. si verò criminis C. de adulter. Panor. in c. fin. de for. comp. in vers. 4. effectus post nu. 6. & nu. 8. quod tamen habet locum quando iudices sunt subiecti eod. Principi, Bar. in §. fin. de accus. & Panormitan. in cit. loc. n. 10. in fin.
- 12 Et tenendo primam opinionem, amplia quod ipse Iudex domicilij potest ex officio. & sic per viam inquisitionis agere contra subditum reum extra suam iurisdictionem, late Panor. in c. cum contingat de for. comp. n. 7. circa med. & in conf. 14. Boer. dec. 270. in initio, Beccius conf. 93. lib. 1. Guid. Pap. in dec. 202. n. 5. vers. quare ulterius, Farin. de inquisit. q. 7. nu. 20. vers. contrariam opinionem, Ioseph Ludovic. dec. Lucens. 16. sequitur Magon. in dec. 36. n. 1. Ber. conf. 162. li. 2. Clar. in pract. Crim. q. 39. sub n. 4. vers. contrariam aut sententiam, Rot. Lucens. dec. 70. & Caball. in resol. crim. casu 162. n. 4. 5. 6. & 7. & seq. ubi alios innumeros refert, & recenter sequitur, & bene Fach. in li. controuer. iuris li. 9. c. 20. per tot. & ratio est, nam Iudex in inquisitione tenet locum partis, Monal. in col. 111. n. 10. vol. 2.
- 13 Amplia secundo, quando procedit partis offensae querela quod est clarum, Bart. in l. cunctos populos C. de summa Trinitate, & fide Catholica, vers. item quare n. 47. Panor. in cit. c. cum contingat sub n. 7. Boer. in d. dec. 270. sub n. 3. Boss. de for. comp. post vers. ult. in hac materia in fine n. 182. Roland. conf. 19. vol. 1. nu. 8. & 21. Couarr. pract. quæst. q. 11. in vers. sit etenim nu. 6. Foller. in pract. crim. sub n. 129. in verb. audiantur excusatores, Diaz in pract. crimi. Canonica c. 9. Barbat. in c. cum contingat de for. comp. vers. & si dicatur sub n. 31. & est communis Doctorum sententia, teste Crafo in lib. 2. comm. opin. c. 8. q. 2.
- 14 Limita nunc non habere locum quando subditus pugnavit in duello cum alio subdito domini sui extra illius domini iurisdictionem, & interfecit illum, nam a suo domino puniri non potest de tali delicto, ut latissime tenet Put. q. 22. per tot. lib. 6. de re milit.

RESOLVT. DCXXX.

Iurisdicção in materia remissionis an intelligatur concessa cumlatiue, vel priuatiue.

- 1 Iurisdicção in materia remissionis est concessa cumlatiue ad Regem, non autem priuatiue.
- 2 Etiam si concedatur per verba taxatiua.
- 3 Limita in Baronibus, qui habent iurisdictionem priuatiue ad Regem.
- 4 Secundo, quando concessio fieret non solum respectu loci, sed etiam respectu certi generis personarum.

Vtilitas quæ ex cognitione huius differentia resultat est, quia si dubio præsumi deberet iurisdictionem fuisse concessam priuatiue, semper locus est remissioni iuxta text. in c. ne aliqui de priuileg. in 6. & ne aliqui de hæreticis, & leg. 1. C. de offic. præfecti Anno-

- na, si verò cumlatiue, potest ipsemet concedens cognoscere, & non erit locus remissioni, sed quomodo-
cunque sit, constituas regulam quæ est iurisdictionem esse concessam cumlatiue ad regem, non autem priuatiue ex notab. doctrina, Felyn. in c. pastoralis de offic. ordinarij, post Bart. in l. 1. de offic. præfecti vrbis, ubi dicit, quod licet fiat vnus officialis specialis super damnis datis, non tamen per hoc tollitur iurisdicção, quam habet officialis, qui habet vniuersalem remissionem, quod etiam voluerunt Natt. conf. 536. nu. 34. Simon de Petr. n. 2. conf. 93. Corn. conf. 96. nu. 8. & seqq. lib. 1. Decian. in respons. 35. n. 52. lib. 2. & 118. n. 22. & seq. lib. 3. Aret. conf. 83. & 502. Bero. conf. 22. nu. 25. & seq. lib. 1. Roland. conf. 8. lib. 2. Rom. conf. 293. & est communis Doctorum opinio relata per Iaf. in l. quod in rerum §. si quis post de leg. 1. & hic oritur, quod melior est conditio occupantis, Bero. proxime citatus in conf. 58. lib. 3. nu. 16. quod in tantum procedit, quod etiam si specialiter per verba taxatiua concedatur iurisdicção alicui iudici, videlicet si alicui iudici fuerit data iurisdicção, quod tantum ipse videat de aliquibus causis, quia hoc non obstat non censetur adempta iurisdicção iudicibus habentibus etiam talem iurisdictionem, prout testatur Decian. in respons. 118. n. 22. & seq. 3. lib. licet contrariam sequatur Dec. in conf. 3. vers. super est Respondere sub n. 2. Felyn. in c. pastoralis de offic. iudic. ordin. n. 6. Roland. conf. 80.

Limita tamen principalem conclusionem pluribus modis videlicet.

- 3 Primo in Baronibus, qui habent iurisdictionem priuatiue ad regem, siue habeant ex priuilegio, Abb. in c. Auditis de præscriptionibus, & in cap. ceterum de iudic. n. 7. Frece. de subfeud. fol. 205. in 9. auth. li. 2. Natt. conf. 580. vol. 3. nu. 4. Bal. in l. 1. ff. de rerum diuisione col. 5. q. 43. Dec. in cit. c. ceterum eod. tit. de iudic. Anchar. in c. 1. de præscript. num. 5. Felyn. in c. pastoralis, siue ex præscript. de offic. ordin. in 6. limit. n. 9.
- 4 Secundo limita, quando concessio fieret non solum respectu loci, verum etiam respectu certi generis personarum videlicet pupillorum, viduarum, nam videtur reliquis adempta iurisdicção, Aret. conf. 102. nu. 2. Corn. conf. 76. lib. 1. num. 11. Vrsill. ad Affl. in de c. 41. Gram. dec. 30. de Franch. dec. 417. n. 7. Roman. conf. 393. Minadoi in consil. in aliquibus in verbo Comitum, vel Baronum n. 15. Carau. in tit. 295. n. 24. Felyn. in c. pastoralis de offic. ordinat. Lanat. conf. 66.

RESOLVT. DCXXXI.

Mandans delictum fieri an sit puniendus in loco mandati, an remittendus ad locum delicti.

- 1 Mandans delictum committi, illuc est remittendus, & puniendus, ubi mandatarius crimen perpetravit.
- 2 Mandans, & mandatarius tenentur ex eodem delicto.
- 3 Mandans tenetur de crimine non ex mandato, sed ex crimine ratione mandati executi.
- 4 Obligatio mandantis, non ex mandato, sed ex delicto oritur.

- 1 Verissimum in corpore iuris reperio, mandantem delictum committi, ibi esse poena infligendum, ubi crimen perpetravit mandatarius, & sic ibi esse remissionem faciendam, pro ut etiam communis Doctorum sententia, Marfil. in singul. 404. Clar. quæst. 38. in vers. item quare nunquid mandans, Alber. in l. hæres absens §. apud labeonem ff. de iudic. Boss. in tit. de for. comp. n. 109. & 147. Castr. in l. sicut proponitur ff. de fideiusso. quæ opinio fulcitur per tex. in l. hæres absens §. apud labeonem ff. de iud. ubi in fin. colligitur, nam tutorem fortiri forum in loco contractus, prout in simili facit text. in l. si ut proponitur ff. de fideiusso. ribus,

ribus, sed argumentum a contractibus ad delicta in iure valet. I. omnem de iudic. ergo eadem ratio consideratur in delictis, & sic quod sicuti mandatarius ponitur in loco contractus, ita & in loco delicti, & facit ad probationem huius communis opinionis tex. in c. qui per alium de reg. iur. in 6. ubi habetur, quod qui per alium facit, per se ipsum facere videtur; ergo sicuti delinquens in aliquo loco ad illum forum est remittendus, tanquam ad locum delicti, auth. qua in Provincia C. ubi de crimin. agi oportet. c. postulasti de for. compet. ita debet procedere in mandante, & huius conclusionis quadruplex est ratio videlicet.

- 2 Prima, quia mandans, & mandatarius tenetur ex eodem delicto gl. in l. si ut proponitur ff. de fideiusoribus, & quamvis mandatum processerit delictum, nihilominus habetur pro vnico, & eodem crimine. Nell. de Bannitis q. 7. in primi tempor. in 1. p. Bart. in l. hos accusare §. l. ff. de accus. & in l. sed si vnus §. fin. in ff. de iniur. ergo si pro vnico crimine habetur, debet igitur mandans puniri in foro delicti, ubi mandatarius, ad hoc vt causarum continentia non diuidantur l. nulli C. de iudic.
- 3 Secunda, quia mandans tenetur de crimine, non ex mandato, sed ex crimine ratione mandati exequuto, ita Clar. in sua pract. quæst. 89. in vers. scias autem, Bossi de foro compet. in fin. n. 109. Mar. in c. propoluiti de foro compet. in vers. nono quæro num. 22. & est communis opinio secundum Bart. & citatos DD. in l. non solum §. mandato ff. de iniur. n. 9.
- 4 Tertia ratio est, quia obligatio qua mandans tenetur non ex mandato, sed ex delicto, oritur l. qui seruo §. 1. & l. si quis vxori §. neque verbo ff. de fur. Capr. concl. 80. n. 10. gloss. in l. 1. §. persuadere ff. de seru. corrept. ergo mandans non in loco mandati, sed delicti est puniendus, ac remittendus secundum doctrinam Bar. in l. si ut proponitur de fideiusoribus, & dicit Clar. in cit. loco, vers. quæro post Angel. de malefic. nu. 2. in verb. existens Florentia.
- 5 Quarta, est ad euitandum illum absurdum, scilicet ne ex eodem facto haberentur plures sententia, enim si mandatarius conveniretur in loco delicti, & mandans in alio, sequerentur plures sententia, quod est absurdum, Dec. & Iaf. in l. emancipati C. de collat. bonorum, Felyn. in c. 1. de præscriptionibus, latè Bossius in tit. de for. compet. n. 10. cum alijs sequentibus, Soc. in cap. 2. in verb. Octavo fallit de mur. pet.

RESOLVT. DCXXXII.

An Clericus coniugatus Syndicus, seu Erarius alicuius Baronis si in reddendis rationibus remaneret debitor, possit ab officialibus eiusdem Baronis puniri.

- 1 Clerici coniugati priuilegio gaudent.
- 2 In ciuilibus, non gaudent priuilegio fori, & coram iudice seculari sunt conueniendi.
- 3 Clerici coniugati tenentur ad solutionem collectarum, & c.

- 1 **C**onsulus de hac questione dicebam, quod licet Clerici coniugati cum vnica, & virgine clericali priuilegio gaudere debent, dum tamen habitum Clericalem, & tonsuram deferant, Lapus alleg. 40. Guid. Pap. dec. 83. Carau. in rit. 66. per tot. c. 1. de cler. coniug. in 6. Specul. in tit. de Cler. coniug. in princ. Tapp. in const. Regn. in rit. 66. in tit. de Episc. & Cler. fol. 26. lib. 1. Couarr. pract. q. c. 31. n. 6. Clar. in lib. 5. §. fin. quæstion. 36. & Sacra Congregatio Tridentina confirmavit constitutionem Bonifacii IX. in d. c. 1. de Cler. coniug. in 6. vt habetur in 23. session. c. 6. de reformat.
- 2 ubi ultra habitum, & tonsuram decernit, qui inferuat alicui Ecclesie ex mandato Episcopi, non obstante,

quauis etiam immemorabili consuetudine, aut priuilegio in hoc nostro Regno Neapolit. & in M. C. V. non admittebantur, vt in rit. 66. sed tamquam laici habebantur, licet nunc fuerit priuilegium contemptum in d. c. restitutum per pragmat. nuper de Clericis, seu diaconis saluaticis, & per pragmaticam, quæ incipit quemadmodum, sub eodem titul.

- 3 Nihilominus his minimè suffragantibus contrarium resoluendum censui ex eo, quod in ciuilibus clericis non gaudet priuilegio fori, & sic coram iudice seculari esse conueniendus, secundum doctrinam Ioannis And. Anchar. & Domin. in d. c. 1. de Cler. coniug. Card. & Imol. in c. ex parte de Clerici coniug. Couarr. in lib. pract. quæst. in vers. 1. Igitur constituitur sub numer. 6. c. 31. pro cuius sententia comprobatione est aduersus Gigas in additio. ad Dec. in c. Ecclesie Sancta Maria extra de constitut. in verb. ex inter n. 25. Pacian. lib. 2. c. 20. de probat. n. 40. cum seq. ubi præter casus, in quibus hi Clerici coniugati retinent priuilegium fori, semper reputantur laici, Germon. in tractat. de sacr. Immunit. n. 66. c. 15. lib. 3. Decian. in tract. crim. lib. 4. tom. 1. c. 9. num. 40.

Non obstat tex. in cit. c. vnico in illis verbis, Clerici coniugati non esse trahendum ad iudicem secularē criminaliter, nec ciuilit. n. talia verba non sunt intelligenda de causa ciuili, sed causa criminali ciuilit. intentata, itaque sit sensus, quod in criminibus Clericus non possit conueniri in foro seculari, siue ciuilit. siue criminaliter, pro crimine agatur capta in concl. 97. n. 85. & hinc oritur, quod cum materia solutionis collectarum respiciat causam ciuilem, propterea communiter concluditur tales Clericos coniugatos teneri ad eius solutionem gloss. communiter recepta in c. ex parte de Cleric. coniugatis, ubi Abb. Guid. Pap. dec. 83. & dec. 383. n. 9. vers. septimo hæc, Couar. q. c. 31. n. 9. sub vers. septimo hæc, Angel. in auth. de monach. §. penult. de Sanctissimis Episcopis, Ioann. de Firmo in tract. de gabellis nu. 12. p. 7. Festasius in tract. de æstimat. c. 1. sub n. 7. par. 4. & in nostro Regno est citata, pragmatica, nuper sub tit. de Clericis, & Diaconis saluaticis, in qua habetur Clericos coniugatos teneri ad solutionem onerum, & collectarum, & fiscalium functionum, ac omnium onerum Vniuersitatum, & locorum, in quibus ceperiuntur.

RESOLVT. DCXXXIII.

Vtens falsis ponderibus, vel mensuris ignoranter, ad iudicem veniat remittendus ciuilem, vel criminalem.

- 1 Est remittendus ad iudicem ciuilem; & n. 9.
- 2 Ad puniendum delicta, necessario debet constare de sententia delictorum inquisitorum.
- 3 In dubio est præsumenda ignorantia, nisi probetur scientia.
- 4 Ignorantia est actus priuatiuus, habens negationem annexam.
- 5 Omnis dispositio, quantumuis generalis restringitur, ne ignorans puniatur; & n. 6.
- 7 Ad puniendum aliquem vtentem falsis ponderibus, est necessaria scientia dolosa.
- 8 Si quis ignoranter vtatur falso instrumento, non punitur.

Fingatur casus, pro præsentis quæstionis explanatione, quod quis in vendendis rebus, vtetur falsis ponderibus, & mensuris, ignoranter si talis existeret in aliqua Ciuitate, in qua essent duo Iudices, scilicet criminalis, & ciuilis, quis istorum esset competens iudex, si talis allegasset se ignorasse ea esse falsa.

- 1 Et Respondetur, quod debeat puniri ciuilit. & sic quod iudex competens istius esse debet iudex ciuilis, n. necessario debet constare de scientia delictorum
- 2 inquisitorum; nam qualitas ista est de substantia delicti,

- licti, ex quo ignorans non dicitur delinquere, Menoch. de arbitr. iudic. caf. 188. nu. 12. Rip. in l. fin. C. de reuocand. donat. nu. 48. Gram. in conf. crim. 25. num. 1. quæ ignorantia nifi probetur, scientia in dubio est præfumpta tex. est in l. verius ff. de probat. Mascard. de probat. concl. 879. n. 6. Roland. in conf. 45. n. 13. c. præfumptur de regul. iur. in 6. Gram. dec. 36. Gail. obser. 78. lib. 2. n. 14. in verb. ignorantiam col. 4. Bellam. dec. 562. in tit. de præbendis nu. 1. Paris. conf. 65. in fin. Cacher. in dec. 71. n. 24. cuius conclusionis ratio est; nam ignorantia est actus priuatiuus, habens negatiuam annexam, quæ negatiua de iure est improbabilis, l. actor. C. de probationibus; sed scientia ponit, & affirmat, & merito probari debet l. qui dicit ff. de probationibus, Marant. in repet. l. is potest nu. 226. verf. potest esse, ff. de acquirend. hered. scientem. n. & non ignorantem lex vult obligare l. generali. C. de tabul. lib. 10. Roman. conf. 473. n. 1. & c. vt animarum de constit. in 6. quod procedit, quia omnis dispositio quantumuis generalis restringitur, ne ignorans puniatur, Crauett. in conf. 6. nu. 73. & in conf. 260. verf. rursus, quod ipse inquisitus sub n. 2. Soc. conf. 122. vol. 1. eo. nu. Menoch. de arbitr. iudic. n. 4. caf. 52. Roland. in conf. 45. vol. 1. n. 14. n. maximum fequeretur absurdum, si ignorans puniretur, quia esset contra naturalem æquitatem, Soc. in cit. conf. 122. sub num. 1. Menoch. proximè citatus in suo amplo tractatu de arbitr. iudicium caf. 185. n. 4. & 186. nu. 12. pena. n. præsupponit culpa, pro vt extat conf. Riminald. Iunior 640. vol. 2. n. 72. & in ignorante cessat culpa, pro vt dicit idem ibidem confil. n. 76. vbi n. 77. inquit, quod sine culpa pena non venit in consideratione, Crauett. in conf. 204. nu. 21. & quod ad puniendum aliquem vtentem falsis ponderibus sit necessaria scientia dolosa dicunt Nauar. in Manual. confess. sub n. 169. c. 17. Tabien. in summa in §. emptio nu. 9. & §. falsarios n. 11. Plotus in l. si quando C. vnde vi n. 72. Natt. conf. 73. n. 3. Iodocus in præct. crimin. c. 123. n. 7. quod in tantum procedit, quod si quis ignoranter vtatur falso instrumento non punitur, Clar. in §. falsum li. 5. sententiarum in verf. vtens ex his credo, quod propter ignorantiam non esset iste puniendus criminaliter, & in consequentiam non est remittendus ad iudicem criminalem, prout vult Crauett. in conf. 8. nu. 10. Becc. in conf. 96. num. 2. n. sumus in crimine falsi ex eo, quia quæstio iniusti, & falsi ponderis pertinet ad falsum, Alciat. conf. 26. lib. 7. n. 6. Iodoc. in sua præct. cap. 123. nu. 7. Natt. conf. 72. nu. 1. & seq. quæ falsitas non committitur, nisi dolo adhibito, Clar. in §. falsum li. 5. sententiarum verf. excusatur autem, & est communis opinio relata per Natt. in cit. conf. 72.

RESOLVT. DCXXXIV.

Rumpens saluamguardiam an sit remittendus, puniendus ad eius Barones, vel ad M. C. V. a qua fuit concessa.

- 1 Non remittendus ad magnam Curiam.
- 2 Etiam si ex litteris Principis augetur, vel constituitur delictum, quod iure communi non erat.
- 3 Et sperneretur præceptum Principis.

Supponitur in facti contingentia, quod quis habuerit saluamguardiam M. C. Vicariæ, & postea fuerit per alios illi contrauentum, venit dubitandum quis sit Index competens talis rei, scilicet Magna Curia, quæ concesserat illam saluamguardiam, vel Baro ipsius saluæguardiæ fractoris.

- 1 Et prima facie videtur dicendum hanc causam esse remittendam dictæ M. C. ex eo, quod illi fuerat illata iniuria ob contrauentionem factam saluæguardiæ ab ipsamet concessæ, & propterea illam esse iudicem.

competentem, Nata confil. 580. nu. 6. Alex. conf. 247. vol. 2. Dec. conf. 46. vol. 2. Roland. in conf. 42. volum. 2. n. 3. Rouin. conf. 331. n. 4. cum alijs sequentibus vol. 3. & facit pro hac opinione, an tex. in l. 2. C. vt nemo priuatus titulus prædij suis, vel alienis imponat secundum Cassan. in catalogo gloriæ Mundi, consider. 195. in med. fol. 118. vbi habetur, quod hæc cognitio tantum Iudicibus Principum reseruatur, quod etiam in hoc casu in Ecclesiastico cognoscit, qui alterius iurisdictioni subiaceret. Aufser. in tract. de potest. secul. super Ecclesiastico, n. 20. regula prima.

- 2 His non obstantibus contraria sequor ex decif. Thefaur. 131. vbi loquitur in proprijs terminis, vbi habentur pro ista opinione formalia verba, Pro vassallo adducebatur, quod Princeps inuestiendus de mero, & mixto Imperio cum regalibus priuat se iurisdictione, emolumentis. Crauett. conf. 118. Brun. conf. 31. in fin. Bellamer. conf. 15. colum. pen. & fin. Paris. conf. 1. n. 18. lib. 2. Guid. Pap. decif. 341. colum. 2. Affl. decif. 282. in fin. Boer. dec. 264. nu. 7. Romb. conf. 77. Gram. dec. 30. n. 8. & 11. Curt. lun. conf. 2. num. 2. Rolan. conf. 42. & 48. lib. 2.

- 3 Ampla secundum eum, primo etiam si ex litteris Principis augetur, vel constituitur delictum, quod iure communi non erat, Abb. in c. auditis, n. 8. de prescriptionibus, Felyn. in c. 1. num. 8. de accusat. post Bal. in c. tuam in quinto notab. de ordine cognit. & Bosfius in tit. de penis, num. 25.

- 4 Ampla secundo, si speretur præceptum Principis. Natt. conf. 119. per tex. in l. Imperialem, §. illud de prohib. feu. alienat.

- 5 Et in terminis nostræ quæstionis, scilicet quod fractor saluæguardiæ sit remittendus Baroni, vltra Thef. in cit. loc. tenuerunt las. in conf. 57. vol. 3. Guid. Pap. in dec. 50. Boer. in dec. 25. n. 5. Rebuff. de maternis possessoribus art. 2. glof. 2. verf. quemadmodum. Neuisant. in conf. 83. n. 9. Oldrad. conf. 148. n. 6. Roland. in conf. 28. n. 3. vol. 2. Brun. de cessione bonorum part. 2. q. 13. Gram. vot. 28. num. 13. de Pont. in tract. de Laudemio q. 28. col. 2. num. 5.

RESOLVT. DCXXXV.

Laicus offendens Curfores exequentes eorum officium a quo fit puniendus.

Est puniendus per eandem Curiam.

Quæro si laicus offenderet Curfores alicuius Curie Ecclesiasticæ, puta Neapolitanæ exequentes eorum officium, a quo sunt carcerandi, & puniendi. Respondetur, quod practicitur, quod carcerantur, ac puniuntur per eandem Curiam ratione offensæ iurisdictionis, quæ prorogat in eam iurisdictionem. Paul. de Castr. in l. additos, C. de Episcopali audientia per illum text. qui loquitur in terminis, quando offenditur familia Iudicis, exequens suum officium, & licet hodie non habeat locum contra Clericos per not. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitutionibus, & c. 1. de noui operis nunciatione, ex eo tamen clarè colligitur, quod ratione offensæ iurisdictionis, qui alias non erat Index efficitur Index. Idem probatur in l. nullus, C. de testibus, & vult Couar. in lib. præct. quæstionum, c. 18. n. 8. folio 57. Cagnol. in l. 1. in 2. part. gl. ff. de offic.

RESOLVT. DCXXXVI.

An quis veniat remittendus ad locum domicilij.

- 1 Domicilium quando queratur.
- 2 Si quis non haberet animum permanendi in loco, etiam si maneret per mille annos, non acquirit domicilium.

3 Schola.

- 3 *Scholaris, quando existimetur acquirere domicilium.*
 4 *Quomodo ex coniecturis probetur domicilium mutatum.*
 5 *Interveniente Iudice originis, seu delicti, reus non venit remittendus ad forum domicilij.*

1 **A**ntequam ad huius articuli dissolutionem accedamus, opera pretium est, ut aliqua de significatione verbi domicilij, quomodo, scilicet illud queratur, & plenè verior, ac recepta DD. sententia in hoc articulo illa mihi videtur principalior, ut scilicet domicilium queratur temporis momento absque aliqua expectatione, quando scilicet transferret se ad habitandum in aliquo loco expressè declarando se habere animum ibi perpetuo permanendi, ac domicilium contrahendi, ut videtur colligi ex text. in l. domicilium re, & pacto transferretur, ff. ad municip. quod adeo procedit, 2 quod si quis non haberet animum ibi permanendi etiam quod permaneret per mille annos non acquirit domicilium, ut in scholare, Bart. in l. quesitum, in princ. ff. de leg. 3. Bal. in auth. habita, ubi etiam Salicet. l. ne filius pro patre, Felyn. in cap. dilectus, il 2. de rescript. n. 2. latissime Menoch. in suo amplo tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. cap. 86. n. 7. & 22. quod habet locum, si certum est tantum causa studij in loco commorari, si verò vertemur in dubio, tunc elapso decennio, quod studiorum causa concessum est, præsumitur ibi domicilium velle constituisse, si habitationem continuaverit, & ibi sedes fixerit, verum supradicta sunt intelligenda, dummodo ultra declarationem, quod requiratur aliquis actus significativus domicilij, puta quod euenit domum, aut asportauerit bona sua in eo loco, optimè Socin. in cap. fin. de foro compet. n. 25. Rota Romana diuersor. in dec. 150. n. 8. p. 2. ad cuius rei cognitionem habendam, quando scilicet ex coniecturis probetur domicilium mutatum, & alibi constitutum, videntur sunt Abb. in c. fin. de parochis, Felyn. in cap. dilectus el secundo de rescriptis, Mascard. de probat. concl. 534. Menoch. de arbitr. iudicium lib. 2. cent. 1. cap. 86. & aliqua quæ tradit Affl. in dec. 384.
 5 Sed deueniendo ad punctum principalem breuiter me expediendo dico, quod interveniente Iudice originis, seu delicti, tunc reus non venit remittendus ad forum domicilij, ex notabili decisione de Franch. 37. Farinac. de Inquis. q. 7. n. 9. Batard. q. 78. n. 73. Belluga in specul. Principum §. Item rubr. 1. fol. 56. Vrillus de c. 1. 19. n. 3. Capiblane. de Baronibus fol. 178. n. 36.

RESOLVT. DCXXXVII.

An laicus colonus Ecclesiæ delinquens sit remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum.

- 1 *Remittendus ad Ecclesiasticum.*
 2 *Exempta persona ab alicuius foro, videtur etiam exempta tota eius familia.*
 3 *Privilegium concessum scholaribus, habet etiam locum in illorum famulis, num. 4. & 5.*
- 1 **I**n prima fronte videtur dicendum, quod sic enim tales dicuntur personæ domesticæ, ac familiares l. Præfenti §. penult. de his qui ad Eccles. confug. Dec. 2. conf. 100. n. 8. Alex. conf. 114. n. 10. vol. 4. & exempta persona ab alicuius foro, videtur etiam exempta tota eius familia l. 1. c. si qua præd. potest. l. non aliter de Iudic. facit etiam quia privilegium concessum scholaribus per text. in auth. habita c. ne filius pro patre, habet etiam locum in illorum famulis, ut ibi per Bald. in col. 2. ergo tanto magis in casu nostro enim colonus Ecclesiæ sequitur forum Ecclesiasticum c. in continua 1. 1. q. 1. & c. fin. de offic. Archid. quam opinionem sequitur gloss. in c. eos 33. dist. in c. Ecclesiarum servus 12. q. 2. c. generaliter §. novam 19. q. 1. c. 1. & c. Prax. Aloyf. Ricc. Pars IV.

Ecclesiarum 1. 1. q. 1. Rom. & Iaf. in l. cum quadam puella ff. de Iurisdic. omnium Iudicum, Panor. sibi contrarius in conf. 53. lib. 1. Marian. in cap. 1. de for. compet. Cagnol. in citato l. cum quadam puella, & hæc opinio apparet mihi de Iure verior, & hoc tanto magis procedit in seruis perpetuis Ecclesiæ, Panor. in d. c. 2. Gram. in conf. 102. n. 15. & 16. in famulis Episcopi, Capic. dec. 12. nu. 1. Burfat. in conf. 25. ubi latè n. 13. lib. 1. quæ opinio habet etiam locum quando isti tales habent generalem rerum administrationem gl. in c. Iudicatum 89. dist. Panor. in d. cap. 2. n. 6. vel quando veniret Clericus, vel Ecclesia ad defensionem coloni, & hoc respectu lis intentaretur contra Ecclesiam, Præp. Alexand. in c. Clericum il 2. 1. 1. q. 1. Ripa in c. decernimus de Iudic. num. 2. & 4. aut conveniretur pro rebus, quas ab Ecclesia tenet, Specul. de compet. Iudic. num. 47. in fin.
 5 Aduersus tamen quod contraria opinio fuerunt Spec. de comp. Iudice §. 1. n. 27. vers. 27. Abb. Felyn. & Aret. in c. 2. de for. compet. & hanc opinionem tutioris, & in practica seruari dicit, Couarr. pract. qq. cap. 35. n. 2. vers. 5. non video, & magis communem dicit, Capic. in dec. 12. n. 2. circa finem, Auffer. in tract. de potest. secul. super Eccles. pers. reg. 2. n. 36. & hanc opinionem sequitur Soc. in c. 1. in §. declarationem vers. 27. de for. comp. Ant. de Butr. in c. 2. de for. compet. Federic. de Sen. in conf. 1. 1. col. pen. n. 9. addit. ad Felynum in c. 1. proxime citato, Gemina. in cap. 2. de for. compet. ubi etiam Præpos. sibi contrarius.

RESOLVT. DCXXXVIII.

Feudatarius exemptus ratione feudi an sit remittendus.

- 1 *Peti posset remissio delinquentis ad locum delicti.*
 2 *Limitatur in Iudiciis, qui non sunt sub eiusdem Principis Imperio.*
 3 *Feudatarius exemptus ratione Feudi, remittendus, n. 4.*
 5 *Vassallus ad quid teneatur Domino suo.*
 6 *Vassallus coram Domino Feudi conuentionis est, etiam si Dominus Feudi sit persona Ecclesiastica.*

Supponatur in facto, quod quidam alterius iurisdictionis subditus obtineret feudum in hoc nostro Regno, & pro delicto ab eo perpetrato petatur remissio ad suum Principem uti exemptus a iurisdictione nostri Catholici Regis, & pro parte negatiua assert illa Iuris conclusio, quod licet possit peti remissio delinquentis ad locum delicti, secundum text. in auth. qua in Prouincia C. ubi de criminibus agi oportet, c. postulasti de for. compet. quod tamen plures, atque plures patitur fallentias, inter quas illa ab omnibus
 2 Doctoribus approbatur, ut locum sibi hæc regula non vendicat in Iudiciis, qui non sunt sub eiusdem Principis Imperio, quæ communis est limitatio tam Canonistarum, quam Civilistarum, secundum Cassan. in consuetud. Burgund. in tit. del. conuent. rubr. 12. §. vnic. vers. 5. aduerte n. 14. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 1. 1. vers. 12. Clar. in sua pract. crimin. lib. 5. §. fin. vers. hoc tamen, Borrell. in addit. ad spec. Principum rubr. 1. 1. vers. ex quo prædiximus limit. 7. Peguer. in dec. 2. n. 6. Franc. Marc. dec. 83. n. 3. p. 2. Boer. dec. 29. Sessa in dec. Regn. Aragonum 219. n. 8. Tesaur. decif. 90. n. 7. Oldrad. conf. 124. cuius limitationis ratio est enim in casu contradictionis, vel reculationis non est qui recusantem compellere, vel punire possit, quia par in parem non habet Imperium §. tempestiuum, & §. ille a quo ff. ad Senat. consult. Trebell. l. nam magistratus ff. de arbitr. Cassan. in cit. loc. quibus sic stantibus videtur concludendum remissionem peti non posse, atque illam iure licito denegari, cum is a quo remissio petitur est exemptus a iurisdictione nostri Regis.

Vu 4 His

- 4 His tamen minimè suffragantibus contrarium esse cenſeo complectendum ex eo, quod licet qui petit hanc remiſſionem ſit exemptus à iuriſdictione, nihilominus eſt feudatarius, & ratione feudi eſt ſubſtitutus ipſi noſtro Regi etiam quod aliàs de per ſe eſſet exemptus, & in hoc allego particularem deciſionem, Affl. in dec. 165. n. 89. vbi Vaſſallus ratione feudi tenetur domino ſuo in hoc quod tenetur capere malefactores, & ducere ad Curiam domini, aliàs infidelis diceretur, Lucas Penn. in l. r. C. ne ruſtici, Caſſan. in conſuet. Burg. in rub. des inſlites rub. 1. §. 4. num. 10.
- 6 Adde etiam pro hac mea ſententia text. in c. cate- rum de iudicijs, vbi notatur, quod vaſſallus coram do- minum feudi conueniendus eſt etiam ſi dominus feu- di ſit perſona Eccleſiaſtica, ad quod facit tex. in c. ex tramiſſa de for. comp. vbi ſi quaſtio feudalſ eſt inter Clericum, & laicum debet cognoscere eam dominus feudi, cui etià aſſentitur tex. in c. verum quoniam cod. tit. de for. comp. vbi etiam habetur, quod per Do- minum feudi ſeculare, ſive Eccleſiaſticum quaſtio feu- dalis determinari debet etiam ſi Vaſſalli ſint Clerici.

RESOLVT. DCXXXIX.

Quis ſit Index competens in Iudicio poſſeſſorio ad ipſcendā ſuper decimis.

IN materia præſentis quaſiti reſpondeo breuibus verbis, me expediendo Iudicem competentem in iudicio poſſeſſorio ad ipſcendā ſuper decimis eſſe Eccleſiaſticum: Ratio autem quare ad eū pertineat, eſt, quia habet annexam cauſam proprietatis, & cogni- tionem iuris ſpiritualis, nec poſſit dici tēporale quaſi cognoscendum ſit an petens decimas habeat titulum, ex quo immitti debeat in poſſeſſionem illas exigendi, cuius tituli proprietatis cauſa cognoscitur per Eccle- ſiaſticum, nec à laicis poteſt tractari, etiam 3. de or- dinat. cognit. c. lator ſcilicet, qui filij ſint legitimi, Co- uarr. in præct. quaſt. c. 35. nu. 1. verſ. 1. concl. Bero. in rubr. de iudic. num. 51. Panor. in c. 2. de iuramento ca- lumnix col. 3. nu. 6. & in ſpecie decimarum conſultuit Menoch. in conſ. 268. lib. 3. n. 7. Crauet. conſ. 258. col. 1. Guid. Pap. ſic concludendo dicit in dec. 1. n. 2. col. 2. in verſ. de poſſeſſorio autem ad ipſcendā, Ludolf. Scra- der. de feud. ſect. 1. n. 92. pag. 10. & citatus Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 235. cum etiam iſtis poſſeſſorijs admittatur exceptio defectus proprietatis, quæ ſit facile liquidabilis, Roland. conſ. 2. num. 35. lib. 3.

RESOLVT. DCXXXX.

Præiudicium ſuperueniens an mutet forum, & ſic an per eum ſit remittendus.

- 1 Præiudicium fori lite pendente ſuperueniens Reo, citra eius factum voluntarium non eximit illum à Iudice, coram quo lis erat inchoata, & n. 2. & 7.
- 3 Vbi ceptum eſt Iudicium, ibi debet finire.
- 4 Coram Iudice citante, cauſa eſt proſequenda, non obſtan- te, quod poſt citationem mutauerit forum.
- 5 Si Clericus commiſerit delictum tempore clericatus, & poſtea uxorem duxerit, attendi debet eius ſtatus com- miſſi delicti, & non præſens, & num. 11.
- 6 Mutatio fori non liberat reum à prioris Iudicis iuriſdi- ctione, coram quo ceptum eſt Iudicium.
- 7 Præiudicium non debet præiudicare alteri in iure qua- ſito.
- 8 Præiudicia ſunt leges priuatæ, & ſtriçtè interpretandæ.
- 9 Et hoc etiam ſi præiudicium ſuperueniens enemiſet ex in- ſo facto, & Iudicio.
- 10 Fallit in eo qui deliquit, & poſtea aſſumpſit Clericatum.

- 12 Et in laico, qui fuiſſet obligatus penes aſſa Curia, & po- ſtea habitum Clericalem aſſumpſiſſet.
- 13 Et in Laico relegato qui frangit relegationem, aſſumen- do habitum clericalem.
- 14 Fugiens à carceribus, ut aſſumat habitum religionis, non uidetur mutare forum propter monacationem pro deli- ctis commiſſis ante ſuſceptum habitum, de quibus erat inquiſitus.
- 15 Niſi Abbas non conſentiret Monacho.

- 1 Præiudicium fori lite pendente ſuperueniens Reo, citra eius factum voluntarium illum eximit à Iudice coram quo lis erat inchoata ſecundum Bart. in l. 1. ff. de penis, Angel. in l. ſi quis poſtea ff. de Iudicijs per l. non diſtinguimus §. ſi quis ff. de arbit. ſequitur laſſredus Balbus in dec. 70. facit deciſio de Franch. in dec. 209. vbi delinquens ſi efficiatur Clericus, remitti- tur Iudici Eccleſiaſtico, & ſic mutat forum.
- 2 His .n. nihil obſtantibus contrarium eſt verius, & ſic quod præiudicium ſuperueniens non mutet forum, & ſic habens præiudicium non ſit remittendus ex eo, quod vbi ceptum eſt iudicium, ibi debet finire l. vbi ceptum ff. de Iudic. l. nulli proſus C. de Iudic. VII. in dec. 459. num. 11. Reg. de Pont. in conſ. 70. num. 1. & 2. Affl. in dec. 354. Surd. in conſ. 57. Dec. in conſ. 118. nu. 3. vol. 3. & in conſ. 47. Campag. in c. Regn. 183. nu. 6. Diaz in reg. 382.
- 4 Facit etiam text. in c. propoſuiſti de for. comp. vbi largiſſimè citatus tenetur coram Iudice citante cau- ſam proſequi, non obſtante, quod poſt citationem, mutauerit forum, cuius text. ſententiam amplexi ſunt, Alex. conſ. 340. vol. 2. Rubens Alexandrinus latè in conſ. 13. per tot. Bal. conſ. 42. vol. 1. & in conſ. 22. vol. eod. Dec. conſ. 70. n. 5. & ſeq. adde etiam deciſionem Grammatica 10. n. 3. vbi ſi Clericus delictum comiſ- ſit tempore Clericatus, & demum ſi poſt delictum commiſſum uxorem duxerit, attendi debet eius ſtatus commiſſi delicti, & non præſens ſtatus, prout in pro- prijs terminis, & in particulari determinat Bal. in l. affinitatis C. commun. de ſucceſſ. vbi per gloſ. ſingula- rem in l. nemo poteſt ff. de legat. 1. decidit, quod at- tendi non debet præſens ſtatus, ſed tempus commiſſi delicti, quo tempore ſubijciebatur foro Eccleſiaſtico, Alex. de Imol. in conſ. 8. circa finem vol. 1. Alex. in l. nemo poteſt ff. de legat. 1. ſubdens, quod per gloſ. ibi Bal. in d. l. affinitatis decidit hoc notabiliter, & ſingula- liter, Crot. in repet. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. in ante penult. colum. fol. vlt. Bertacchin. in ſuo tract. de Epif. in verb. vigeſimo ſeptimo quæro, & ſic fuit notatum per S. C. teſte Grammatico in cit. dec. 10. eod. n. in fine.
- 6 Adde etiam ad comprobationem huius ſecundæ opinionis, quod vult Giurb. in dec. 23. n. 3. vbi ait, vt nec mutatio fori à prioris Iudicis iuriſdictione coram quo ceptum eſt Iudicium, reum liberet l. cum quædā puella ff. de iuriſdictione omnium Iudicum, concor- dat tex. & ibi Bart. in l. fin. C. lib. 2. Federic. de Senis in conſ. 16. num. 10. 11. & in conſ. 94. num. 4. Tuſc. in ſuo Repertorio lit. F. conſ. 445. num. 1. 2. & 3. tom. 3. Alex. Dec. laſ. & plenè Cagnol. in d. l. cum quædā puella num. 23.
- 7 Inſuper dico, atque adduco tex. in terminis in l. ſi quis poſteaquam ff. de Iudic. qui tex. dicit formalia verba, ſi poſteaquam in ius vocatus eſt miles, vel alterius fori eſſe ceperit, in ea cauſa ius reuocandi forum non habebit quaſi præueniens ex cuius text. diſpoſitione, habetur, quod forum non mutatur ex ſuperuenienti præiudicio enim his debet terminari vbi cepta eſt l. vbi ceptum gloſ. de Iudic. & ſic fuit indicatū per S. C. Neapolitanū per Præſ. de Franc. in dec. 544. & in Cō- ciſtorio Sacræ Regiæ cōſcienciæ Regni Sicilia per Ma- riū Giurbam in dec. 23. Ratio autē deciſionis ſuerunt, Primo, quia præiudicium potius ſuperuacuum cenſeri debet,

- debet, nihilque operari, quam ut alteri in iure sibi quaesito praedictet, Felyn. in c. 1. de rescriptis, nu. 9. Schrad. de feud. sect. 3. num. 15. pag. 10.
- 8 Secundo, quia privilegia sunt leges priuatae, & strictè sunt interpretandae. l. 2. vbi Baldus. C. de bonis liber. Dec. in conf. 197. etenim privilegium Principis taliter venit interpretandum, quod non derogetur ius commune, & ius tertij, Curt. Iun. in d. l. quædam puella in 3. notab. quam conclusionem principalem, scilicet, quod per privilegium superueniens non fit quis remittendus, siue privilegium fuerit postulatam, siue motu proprio, Ruin. conf. 133. volum. 1. Monald. conf. 29. volum. eod. Malual. confil. 93. n. 39. & 56. n. privilegium siue concessum ad postulationem, siue motu proprio, semper dicitur contra ius commune, ut citati DD. dicunt, & ratio quare strictè sit interpretandum est, ut se conformet æquitati, & honestati, l. 1. ff. de iure immunitatis, c. porro de privilegijs, Dominus de Franch. in cit. decisio. 544. n. 17. Farinac. confil. 45. n. 1. 2. 3. & 15. Mart. in decisio. 66. n. 19. Viuius in decisio 517. Menoch. conf. 43. n. 3. Marant. in conf. 28. n. 2. & 7. & in conf. 81. nu. 22. Surdus in decisio. 330. nu. 4. & in conf. 140. n. 21. & in tractatu de alimentis tit. 1. q. 44. nu. 21. Decius confil. 197. Tapp. in rubric. de constitut. Principum, c. 6. num. 3. & latissimè Marius Glurb. in cit. decisio. 23. vbi innumeros cumulat. Amplia etiam, quod privilegium superueniens euenisset ex iusto facto, & iudicio enim cessat, idem de Franch. in cit. decisio. 544. n. 5. Limita tamen hanc conclusionem enim fallit in eo, qui deliquit, & postea assumpsit clericatum, nam venit remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, Dominus de Franch. in decisio. 209. vide Baiardum ad Clarum in q. 36. n. 41. Caballum in resolut. crimin. casu 108. n. 2. & 4. Ann. in conf. 140. sub num. primo. Viuius in silua commun. opin. in opin. 117. nu. 1. & 6. latissimè Farinac. in tit. de inquisit. q. 8. n. 104. cum alijs sequen-
- 11 tibus, quod sublimita non habere locum, quoties erat clericus, & deliquit, & postea uxorem duxit. n. tunc debet puniri ab Episcopo, & non a Iudice laico, prout supra dixi. Gramm. in decisio. 10. Dominus de Franch. in dec. 417. n. 4. Baiardus ad Clarum in citata quaest. 46.
- 12 n. 49. Limita etiã principalem conclusionem, quoties laicus fuisset obligatus penes acta Curia, & postea habitum Clericalem assumpsisset. n. quoad distinctionem personalem remittitur iudici Ecclesiastico, secus
- 13 tamen quoad realem, de Franch. in dec. 656. Limita etiam quoties laicus fuisset relegatus, & pendente relegatione frangat relegationem. n. est remittendus iudici Ecclesiastico, & sic mutat forum propter privilegium clericatus, ut latè dicemus de Franch. in dec.
- 14 395. Velasc. in decisio. 57. Limita etiam quoties fugiens a carceribus assumeret habitum religionis pro delictis ab eo commissis ante susceptum habitum, de quibus erat inquisitus, non mutat forum propter monacationem, de Franch. in decisio. 709. & latè infra dicemus, fallit etiam.
- 15 Amplia modo quoties Abbas non consentiret Monacho, nam tunc non obstante monacatione iudicium non procederet, idem de Franch. in decisio. 718. numer. 2.

RESOLVT. DCXXXI.

Reus vtrum veniat remittendus Iudici sui fori, vel sit conueniendus in foro Actoris.

- 1 Reus venit remittendus suo foro.
- 2 Etiam si non conueniretur tanquam principalis, tanquam auctor laudatus.
- 3 Barones in Regno Neap. non possunt extrahere carceratos à propria Patria, nisi dubitetur de fuga, vel causa esset valde ardua.

Aloys. Ricc. Praxis Pars IV.

- 4 Nec possunt eos transmittere in alios carceres alterius terræ, etiam propriæ.
- 5 Et hoc habet locum etiam in contentiosis, & quando iudicium redditur in iudicium.
- 6 Et in actionibus realibus, & personalibus.
- 7 Etiam concurrentibus Actoribus, & Reis privilegiatis.
- 8 Limita, vbi quis esset actor ex remedio.
- 9 Et vbi Reus sequitur forum, vel Iudicem Fisci Actoris.
- 10 Et ubi sunt plures rei eiusdem causæ, & ad eundem finem agitur.
- 11 Et in Actore in denunciatione, quam facit uenditori.
- 12 Et quoties reus permiserit solvere in quolibet loco, prout Actor placuerit.
- 13 Et in bannito ab aliqua Patria, in qua est debitor.
- 14 Et quoties esset de uoluntate rei. 15 Et ratione mercatiae.
- 16 Et quoties laicus possideret res Ecclesiæ, vel si Clericus ageret ex Legato locato.
- 17 Et esset consuetudo in contrarium.
- 18 Et in damnificante seminata.
- 19 Et quoties Index Rei non facit iustitiam Actoris.

- 1 **E**T respondetur, quod veniat remittendus suo foro ex eo, quod regulariter actor sequitur forum rei, l. iuris ordinem, C. de iurisdic. omnium iudic. c. si Clericus, & c. cum sit generale, de foro comp. l. fin. C. vbi in rem actio. c. experientia. 11. quaestione prima, sequitur Mart. in decisio. 96. n. 1. Roland. a Vall. in conf. 24. Dec. in l. in criminali. C. de iurisdic. omnium iudic. Bald. in cit. l. iuris ordinem, C. eodem tit. Spec. in tit. de reconuent. §. primo, & ratio principalis ea esse videtur, scilicet, quod sit fauorabilis reus ad hoc ut absoluetur in dubio, Angel. in l. inter stipulantem, §. si Sticum. ff. de verborum obligat. nu. 4. vel quia quis non potest condemnari, nec absolui, nisi à competenti Iudice, Bald. in l. in priuatorium, C. si à non competenti iudice, ex cuius rationis causa euenit illud, quod quoties actor trahit reum eorum foro competenti perdit causam l. in criminali, C. de iurisdic. omnium iudicium, & hæc poena per penitentiam neque euitatur, ita Paulus de Castro in d. l. criminali, C. eodem titulo, quam conclusionem sic firmatam amplia, & limita pluribus modis, ut infra.
- 2 Amplia primo, etiam quod quis non conueniretur tanquam principalis, sed etiam tanquam auctor laudatus, nam tunc etiam sequitur forum rei. venditor, ff. de iudic. l. 1. C. vbi in rem actio. Tesaur. decisio. 213. Gram. decisio. 20. Capic. decisio. 197. Ann. singul. 43. Afflic. in decisio. 127. Boer. in decisio. 69. n. 27.
- 3 Amplia secundo, de iure nostri Regni, ut adeo actor teneatur sequi forum actoris, quod per pragmaticam Regni sub tit. vbi de delictis quis conueniri debeat, fuit statutum reum non extrahi à proprio incolatu, qua de causa Barones non possunt extrahere carceratos à propria patria, nisi dubitetur de fuga, vel causa esset valde ardua, de Franch. in decisio. 526. nu. 8. Campag. in c. Regni grauamina num. 94. Natt. in conf. 595. etiam decisio. Pedemont. 138. in fin. Capiblan. in tract. de autoritate Baronum folio 91. num. 134. Roland. in conf. 11. nu. 11. volum. 3. latissimè Cabal. in resolut. crimin. num. 120.
- 4 Subamplia hanc ampliationem, quod Baro non possit extrahere carceratos à propria Patria, quod neque potest eos transmittere in aliquas carceres alterius Terræ etiam propriæ, idem de Franch. in cit. dec. 526. eod. n. 8. vbi assignat rationem, quia in propria Patria manent cum maiori commodo consanguineorum, vel aliorum ad eos attinentium vivere possunt, & maiore commoditatem aduocatorum, & procuratorum pro eorum defensione adhibere, ut apparet ex Regia, pragmatica Regis Ferdinandi Primi.
- 5 Amplia tertio, hoc procedere, & habere locum etiam in contentiosis, & quando iudicium redditur in

Vu 2 iudicium.

- inuitum. Rot. decif. 7. de iudicijs in verf. obftat illud generale.
- 6 Amplia quarto, hanc conclufionem in actionibus realibus, & perfonalibus cap. fi diligenti extra de foro competentis, leg. fin. & ibi Bal. & Angel. n. 1. Cod. vbi in rem actio. c. fi quis contra Clericum eodem tit. de foro competentis.
- 7 Amplia quinto, quod etiam concurrentibus actoribus, & reis privilegiatis conuafatis privilegijs, actor fequitur forum rei, de Franch. in dec. licet fi fuerint plures miferabiles perfonæ actoris, vel rei, tunc hoc non procedit, Muscatell. in fua praxi in addit. ad glos. in verb. veniens part. 2.
- 8 Primò limita tamen hanc conclufionem pluribus modis vt infra, limita fi quis effer actor ex remedio, l. diffamari, C. de inquis. manumiffis, enim ille actor declinat forum rei, Decius in cap. cum inter de exceptionibus n. 14. & in confil. 487. n. 10. Affl. in decif. 168. Capic. in decif. 18. Vrfill. in dec. 168. licet contrarium teneat Bal. in d. leg. diffamari colum. 2. in fin. Abbas in c. fi quis contra Clericum in verf. hoc puto procedere de for. compet. & innumeri alij citati per Cachet. qui fequitur fecundam opinionem in decif. 151.
- 9 Limita fecundo, vbi Reus fequitur forum, vel iudicem filci actoris leg. 1. Cod. de repud. hered. leg. 3. ff. de his quibus, vt indignis leg. defendente ff. de author. tutor.
- 10 Limita tertio, quoties funt plures rei eiusdem caufæ, & ad eundem finem agitur; Nam tales rei omnes, qui funt diuerfis Iurisdictionibus fubiekti, diuerfoque iudices immediatos habent, bene poffunt propter eandem, & indiuidibilem caufam coram vno, eodemque iudice ipforum omnium mediato superiore conueniri; ratio eft, ne contentia caufæ diuidatur leg. nulli Cod. de iudic. c. 2. de cauf. poffeff. & prop. & vtrouique DD. & ita videtur voluiffe Bar. in l. omnes C. de arbit. tutel. leg. 1. ff. quib. reb. ad eund. iudic. eat. & Bald. in l. auth. hoc ita in verf. fed pone quod ftatuto Cod. de duobus reis, latè Mifinger. in cent. 1. obferu. 4. per tot.
- 11 Limita quarto, in actore in denunciatione, quam facit venditori, Affl. in decif. 227. Muscatell. in glos. competentes par. 2. n. 68. in medio.
- 12 Limita quinto, quoties reus promiferit foluere in quolibet loco, prout actori placuerit, quia tunc vt verba aliquod operentur actor, potest conuenire reum etiam in loco vbi non fortitur forum, Dec. in l. fi conuenerit ff. de iurisd. omn. iudic. vbi etiam Ant. Burf. licet fi vis feire fi valeat pactum, vt debitor poffit conueniri in loco, videas Bart. in leg. fi conuenerit n. 4. & ibidem Iaf. n. 43. ff. de iurisd. omn. iud. & fi fuerit dictum vt poffit conueniri vbicunque fuerit petitum, vel quis promiffit foluere, vbicunque fuerit petitum non operantur hæc verba, vt poffint extrahi extra fuum forum fi ibi non inuenitur perfonaliter, nec fi ibi non fint bona illius, Bar. in l. Titius §. tutores ff. de adminiftr. tutor.
- 13 Limita sexto, in bannito ab aliqua patria, in qua eft debitor, nam non habet hoc privilegium, vt actor fequatur eius forum, fed potest alibi conueniri, glos. in leg. vfuras C. de folutionib. & Ioan. de Arno. n. in epit. 83.
- 14 Limita 7. quoties effer de voluntate rei, vt fi Neapolitanus conuenerit Neapolitanum reum coram iudice Neapolitano, & Auerfanus, qui vendiderat illam illi Neapolitano conuento, noluiffet ipfum defendere, ne teneatur de euictione; nam potest petere, quod caufa remittatur Auerfam, vbi habet ipfe fuum forum, aut debet venire coram iudice Neapolitano, coram quo caufa eft inchoata, vt leg. venditor. ff. de iudicijs, Soc. in regul. 10. limit. 2.
- 15 Limita octauo, ratione mercantia, nam non fequitur forum rei, fed potest conueniri, vbi reperitur Castr. in leg. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. 1. col.
- 16 Limita nono, quoties laicus poffideret res Ecclefie,

vel fi Clericus ageret ex legato locato, & huiusmodi, quia tunc coram iudice Ecclefiaftico agi debet, licet reus fit laicus, ita Innoc. in cap. fi Clericus extra de foro competentis.

- 17 Limita decimo, quando effer confuetudo in cotrarium, Spec. in tit. de cōpetenti iudice addit. 5. in princ.
- 18 Limita vndecimo, in damificante feminata, nam fortitur forum illius in cuius Territorio damnum factum eft, Iacobin. & DD. in leg. hæres abfens ff. de iud. Affl. in confit. cum per partes Apulia n. 13. & ita feruatur in practica fecundum Ann. in fingul. 137.
- 19 Limita duodecimo, quod Iudex rei non facit Inftitiam actori, & fic creditori, Angel. in auth. vt clerici apud pro Epifc. Soccin. in reg. 10. vbi alias limitationes adducit, vbi in octaua fallentia affignat fingularem cautelam per quam fit, vt nunquam actor fere fequatur forum rei, videlicet, quod ille, qui agit compareat, & dicat iudici, ego fum Actor ad talem rem, vos facere, vt omnes, qui fua interefte putant, compareant, nam in hoc cafu fi putauerit fua interefte, & compauerit, etiam fi fuerit Clericus, tenebitur refpondere in foro actoris, & non obftabit fi diceret actor, tu debes fequi forum rei, quem ille replicabit, ego non te facio reum, fed fi putas aliquid tua interefte in hac mea lite defende te coram meo Iudice, nam ex hoc te reum non facio, & non debes, & nec potes me compellere, vt ego tuum fequar forum, & iftam cautelam ponunt Doctores vltra eum in leg. confulta dinalia C. de testam. Angel. in l. 1. §. hæc ftipulatio ff. fi cui plufquam per l. falcid.

Innumeras alias limitationes ad regulam, vide per Marcellum Cala de modo articulandi, Marianum in c. cum fit generale de foro competentis.

RESOLVT. DCXXXII.

An fi delinquant fimul laicus, & clericus, caufa fit quo ad laicum iudici Ecclefiaftico remittenda.

- 1 Prima opinio diftinguentium Clericum puniendum ab Ecclefiaftico, Laicum ab Laico.
- 2 Eft regula iuris, quæ mandat foro Ecclefiaftico cognitionem caufarum clericarum; laicali vero secularium.
- 3 In caufa delictorum focus criminis non gaudet beneficio, & privilegio alterius focij.
- 4 Secunda: afferentium laicum remittendum Ecclefiaftico.
- 5 Quoties quis eft inquisitus eum alio diuerfa iurisdictionis, ne contentia caufæ diuidatur, potest procedi coram vno iudice.
- 6 Multa conceduntur ratione connexitatis, quæ alias non concederentur.
- 7 Absurdum, quod in vna re, plures ferantur sententiæ.
- 8 Privilegium magis dignum, trahit ad fe minus dignum.
- 9 Conciliatio opinionum per auctorem.
- 10 In caufis indiuiduilibus, iudex Ecclefiafticus potest imbibere iudici laico, vt sibi remittat omnes conuentos, licet laicos.
- 11 Et hoc etiam fi ipfe Clericus minimè tale remiffionem peteret, fed folum laicus, vel vnus delinquentium.
- 12 Vel etiam fi Clericus, qui vult trahere laicos focios, fit primæ confura, vel coniugatus.
- 13 Vel etiam fi Clericus, & laicus fuiffent citati, quatenus eorum interefte putauerint.
- 14 Vel fi effer plures laici, conueniendi, quam Clerici.
- 15 Fallit primo, fi conueniendi effer plures, vt vniuerfitas.
- 16 Vniuerfitas habet nomen à maiori parte.
- 17 Si effer pares numero, laici remittendi funt Ecclefiaftico.
- 18 Fallit in crimine, quod pœna fanguinis puniendum veniret.

Celebris, & sæpè fæpius apud Regia Tribunalia, agitata præfentis quaestionis difficultas nobis occur-

occurrit, ut scilicet si delinquant simul laici, & Clericus si causa quoad laicum veniat, & sit remittenda. Iudici Ecclesiastico, qua de ratione licet à compluribus hæc quaestio tractatur, tamen eam diffuse, & illo meliori modo quo possem explanare, & eam ad partes disputare conabor, vnde cum Doctores in hoc non fuerint concordantes, referam eorum opiniones, & postea meam sententiam demonstrabo.

Pro cuius difficultatis explanatione est aduertendum, quod opiniones Doctorum plures fuerunt.

- 1 Prima igitur sit opinio illorum, qui taliter distinguunt scilicet, quod Clericus puniatur à iudice Ecclesiastico, laicus verò à iudice laico, & hanc opinionem sectati sunt Rebuff. in auth. habita privilegio 106. C. ne filius pro patre. Couarr. in lib. pract. quest. c. 34. nu. 1. Crauet. in conf. 232. vol. 2. Capic. in dec. 173. Gomef. in tit. de delict. c. 10. n. 6. Vrsill. ad Affl. in dec. 215. n. 7. cum alijs seqq. Clar. in §. fin. q. 36. in vers. euenit plerumque Olsac. in dec. Pedemont. 103. n. 10. Fachin. in lib. controuerf. iur. c. 31. li. 9. Decian. in conf. 84. n. 27. Tal-longus in lib. racemat. racemat. 123. Farin. de inquisit. q. 9. n. 15. 1. in vers. contrarium, quod Neufantium in Silua nuptialium lib. 6. n. 38. Camill. de Curt. in comprensorio iuris feudorum part. 2. c. 2. n. 115. vbi dicit ita seruari in hoc nostro Regno, Scapp. in tractat. de iur. non scripto lib. 1. cap. 11. numer. 12. & complures alij citati per eosdem auctores sequentes hanc opinionem.
- 2 Primò, mouentur ex regula iuris, quæ mandat foro Ecclesiastico cognitionem causarum Clericorum, & laicali cognitionem causarum secularium ca. cum ab homine, & c. Clerici de iudicijs c. licet c. si clericus c. 2. & c. si diligenti de for. compet.
- 3 Secundo, mouentur per text. in l. si quis vxori ff. de furtis, vbi habetur, quod in causa delictorum socius criminis non gaudet beneficio, & privilegio alterius socij, cum quo text. concordant infra scripta iura, vide licet in diuortij C. rerum amotarum l. qui seruo §. item placuit ff. de furtis.
- 4 Secunda sit opinio illorum, qui voluerunt, quod laicus in hoc casu veniat remittendus iudici Ecclesiastico, & hanc sequuti sunt Roland. in conf. 24. lib. 4. Roman. in conf. 256. Boffius in tit. de for. comp. nu. 147. Marant. in sua pract. p. 4. distint. 11. nu. 22. Cassan. in conf. 1. nu. 47. & in consuetud. Burgund. rub. 1. §. vers. Archidiaconus n. 70. Parisiens. in conf. 154. n. 1. Marfil. in singul. 180. Ioseph Ludouicus in dec. Lucensi 26. nu. 181. Iaf. in l. Imperium ff. de Iurisd. omnium Iudicum n. 3. Surd. in conf. 396. n. 16. lib. 1. & in conf. 222. n. 1. & 2. lib. 2. Natt. in conf. 590. num. 18. lib. 3. Borrell. super pragmatica alia litium §. 1. glof. 3. n. 244. Mifinger. in obseruat. centur. 1. obseru. 4. Bombinus in conf. 10. nu. 11. Mart. de iurisd. part. 4. cent. 2. & hæc est magis recepta opinio secundum Menoch. in casu 371. n. 13. in fin. vbi complures alios congerit, videas etiam late Farinac. vbi supra.
- 5 Primò, mouentur ne causa continentia diuidatur etenim quoties quis est inquisitus cum alio diuersæ iurisdictionis, ne continentia causa diuidatur possit procedi coram vno iudice, Couarr. in lib. pract. quest. c. 34. Affl. in dec. 354. Cacher. in dec. 103. Franc. Marc. in dec. 56. prout est text. in l. nulli C. de Iudicijs, vbi Iaf. in princ. & in confil. 72. r. col. vol. 1. Viuius in l. 1. communium opin. opin. 80. num. 8. Capic. in dec. 121. n. 3. Gail. obseru. 32. vol. 2.
- 6 Secundo, mouentur per regulam illam, quod multa conceduntur ratione connexitatis, quæ alias non concederentur l. plerumque ff. de iure dotium c. translatio, vbi DD. de constitut. Camer. in c. Imperiale lit. B. fol. 55. Marfil. in sing. 151. & in rubr. de fideiusoribus n. 187. Frece. de subfendis q. 20. lib. 2.
- 7 Tertiò, mouentur ex eo quod absurdum est, quod in

vna, eademque re plures ferantur sententiæ iux. tex. in l. si duo ff. de arbitris.

- 8 Quartò, mouentur, quia privilegium maius dignum, trahit ad se minus dignum l. de onorario C. de offic. præf. prætor. arient. l. iustissimè C. de Episc. & Cleric. glof. in l. iustissimè C. de edict. c. per tuas de Arbitris c. quod in dubijs de consecratione Ecclesiæ l. quæ religionis ff. de rei vendicat.

Hæ sunt variae Doctorum opiniones, tamen ad eas conciliandas hac vteret distinctione scilicet, quod.

- 9 Aut sumus in causis diuisibilibus, & dico, quod tunc quilibet est conueniendus sub suo iudice competenti, & sic verificatur opinio prima.

Aut sumus in causis indiuiduis, in quibus nulla potest congrua diuisio fieri, & tunc laicus, & Clericus debent cognosci à iudice Ecclesiastico, tamquam digniori, ita de Franch. in dec. 426. nu. 4. Bart. in l. præcipimus §. eodem obseruando C. de appellat. latè In trigl. in sing. 138. n. 1. Masull. ad Capic. in dec. 209. n. 3. Matthesil. in sing. 143. n. 1. Aloyfius de Leo in l. qui sub prætextu C. de sacrosanct. Eccles. n. 21. Gail. obseruat. 31. n. 2. vers. 3. singulariter lib. 1. Vrsill. in dec. 2013. nu. 7. & sic concludit Farinac. in cit. loc. in vers. nec obstat iure, vbi alios citat.

Retenta igitur hac vltima mea opinione, scilicet, quod in diuiduis laicus nō sit remittendus Ecclesiastico, & in indiuiduis sic, ratione maioris gradus amplia tunc sequentibus modis, loquendo tamen quando sumus in indiuiduis, & est facienda remissio iudici Ecclesiastico.

- 10 Amplia primò, ut in causis ita indiuisibilibus Iudex Ecclesiasticus possit inhibere iudici laico, ut sibi remittat omnes conuentus licet laicos, Mandosius in tract. de inhib. q. 69. in princ.
- 11 Amplia secundo, etiam si ipse Clericus minimè talem remissionem peteret, sed solum laicus, vel vnus delinquentium, nam tunc omnes sunt remittendi foro Ecclesiastico, ita Surd. in conf. 396. nu. 18. lib. 3. Riminal. iun. in l. Imperium ff. de iurisd. omn. iudic. n. 84. & in conf. 23. lib. 3.
- 12 Amplia tertio, etiam si Clericus, qui trahere vult laicos socios sit primæ tonsuræ, imò quod plus etiam Clericus coniugatus, prout dicit Scappa in suo tractatu de iure non scripto c. 1. r. num. 4. lib. 1.
- 13 Amplia quarto, etiam si Clericus, & laicus fuissent citati, quatenus eorum interesse putauerint, etenim si appareret quam Clericus possideret, tunc omnes laici citati cum eo venirent remissi, Paris. conf. 154. lib. 4. Soccin. iun. in confil. 34. n. 1. cum alijs seqq. lib. 2. & Soccin. senior. in leg. cum Senatus ff. de reb. dubijs n. 11. Hyppol. de Marfil. in confil. 67. n. 62.
- 14 Amplia quinto, etiam si essent plures laici, qui essent conueniendi quam Clerici, etenim etiam caderet remissio, iuxta doctrinam Bart. in l. iuris peritos §. 1. ff. de excusat. tutor. quem sequuntur Marant. in suo speculo p. 4. distint. 11. n. 21. Decian. in tract. crimin. lib. 4. c. 9. p. 1. nu. 44. & sic in facto fuit obtentum secundum Soc. in l. cum Senatus in fin. ff. de reb. dubijs, Alban. ad Bart. in l. ex hoc iure ff. de Iusticia, & iure n. 10.

Hæ sunt ampliaciones ad vltimam opinionem, sed quia quilibet regula patitur suas fallentias, ideo duas hic referam.

- 15 Prima fallentia sit, quod licet fuerit dictum, quod in indiuisibili causa laicus delinquens cū Clerico veniat, & sit remittendus foro, & iudici Ecclesiastico, & non seculari, tamen non habet locum relata opinio, quotiescunque conuenirentur plures, ut exempli gratia, vniuersitas: etenim in tali casu est videndus numerus laicorum, & Clericorum, nam si numero essent plures Clerici, nunc essent conueniendi coram eorum iudice, & sic Ecclesiastico, si fuerint plures laici, tunc sunt conueniendi coram eorum iudice seculari, ita Couarr. in lib.

- lib. praet. quest. c. 3. n. 1. in vers. & nam fieri. Camill. de Curt. in diuersorio iuris feudorum c. 2. n. 111. part. 2. Aufrelius de potest. iudic. Eccles. super laicis, & eorum bonis tom. 13. n. 12. Marant. in saepius citata dist. 11. p. 4. num. 33.
- 16 Ratio autem huius fallentiae, seu limitationis alia, esse non poterit, quia vniuersitas habet, & desumit nomen à maiori parte personarum. Decian. in suo tract. crimin. c. 9. lib. 4. n. 42. tom. 1. Marian. Soccin. in c. 1. de for. comp. n. 17. & Scacc. de iudic. c. 11. n. 25. tom. 1.
- 17 Sed infurgit hic studiosus, dicens, quod vera sunt omnia supradicta circa istam fallentiam, sed quid si tot essent Clerici, quam laici quia, sic essent pares numero, coram quo Iudice sunt remittendi.
- Respondeo, quod deberent remitti Iudici Ecclesiastico, prout dixit Decian. vbi supra n. 43. Couar. in lib. praet. qq. c. 34. n. 1. vers. quod si pars, & Bart. in l. cum Senatu ff. de rebus dubijs, ratio est, quia maius dignum trahit ad se minus dignum l. de onerario C. de offic. praefect. praetor. & fuit dictum supra.
- 18 Secunda, & vltima fallentia sit, quod supradicta cessant in crimine, quod poena sanguinis puniendum veniret, namque in tali casu sunt laici remittendi iudici seculari secundum Boff. in tit. de for. comp. nu. 147. & Couarr. in saepius cit. loc.
- 19 Aduertes tamen, quod haec omnia procedunt de iure enim in obseruantia habetur prima cognitio scilicet, quod laicus remittitur laico, & Clericus verò iudici Ecclesiastico.

RESOLVT. DCXXXIII.

Sacrilagus an veniat remittendus Ecclesiastico.

- 1 Sacrilagium quot modis committatur.
- 2 Quid sit secundum ius Civile, & Canonicum.
- 3 Remittendus iudici Ecclesiastico, nisi Laicus praueuerit, & n. 4.
- 5 Sacrilagium est mixti fori, & num. 7.
- 6 Et tale crimen committens, poena mortis plectitur.
- 7 Sacrilagi sub quouis iudice possunt conueniri.
- 8 Auctores tenentes hanc sententiam.

PRO cuius questionis dilucidatione opere pretium existimaui, antequam difficultatis punctum declararem aliquid peragere de ipsius sacrilegij materia, vnde sacrilegij crimen tribus modis principaliter committitur. scilicet eripiendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro ca. quisquis in fin. 17. q. 4. glof. in c. sacrilegium 17. q. 4. & in leg. sacrilegij capite, in leg. diuus, vbi etiam Bart. ff. ad l. Iulian. pecularius, & sacrilegij crimen de iure civili est, quando auferitur res sacra de loco sacro, vt citatur in cit. leg. sacrilegij capite, in leg. diuus, vbi DD. licet de iure Canonico, vt habetur in dict. c. quisquis notant DD. & gl. in c. conquesti de sent. excommunicat. & Ciuilistae in leg. 3. Cod. de furtis sufficit, siue auferatur sacrum de non sacro, siue non sacrum de sacro, siue sacrum de sacro, etenim in omnibus istis casibus semper committitur sacrilegiū in c. quisquis 17. q. 4. & in hoc nostro Regno practatur circa cognitionem huius delicti in genere secundum dispositionem iuris ciuili, Muscatell. de sacril. in pract. crimin. alleg. Dec. post alios in leg. si nondum C. de furtis, Boff. in tit. de sacrileg. n. 5. Decian. in c. 15. sui tractatus criminalis lib. 6.

3 Sed deneniendo ad punctum principale scilicet an sacrilegus veniat remittendus Iudici Ecclesiastico, & prima facie videtur dicendum, quod haec remissio sit facienda Iudici Ecclesiastico ex eo, quod quia per illicitum coitum cum moniali effectus est de foro Ecclesiastico, c. quidam Clerici 81. dist. 1. etenim ista iniuria videtur facta Sacerdotibus, & ministris Ecclesiae

Cathol. vel ipsi cultui, aut loco, cum in istis casibus sacrilegij crimen committi dicatur, & sic etiam comprehendit carnalem cognitionem cum moniali.

- 4 His nihil obstantibus aliter est dicendum scilicet quod quoties Iudex laicus praueuerit, non debet ipse remittere ex eo, quod nam crimen sacrilegij est mixti fori, vt probat text. in c. cum sit generale de foro compet. vbi sacrilegi possunt sub quocunque Iudice conueniri, & firmarunt Butr. & Abb. ibidem Calder. in consil. 11. num. 2. de Iudicijs, Abb. in c. 1. num. 3. & 6. de offic. ordin. Couarruu. lib. 3. variar. resolut. c. 3. n. 1. vers. ego vt liberè, Mart. in decis. 235. & latissime in vno amplo tractatu de iurisdic. p. 2. c. 11. & hac de causa Iudex, qui praueuit per suam sententiam ipse suam sententiam exequi debet, prout text. in l. cum quaedam puella, ff. de iurisdic. omn. iudic. & ibi tex. in fin. dicit dispositionem illius legis esse veram, non solum in illo casu particulari, sed etiam in ceteris casibus similibus, & ibi glof. penult. adducit similia, dicens, quia vbi ceptum est Iudicium, ibi terminari debet.
- 6 Secundo, quia sumus in crimine tam graui, etenim probatur, quia tale crimen committens, poena mortis plectitur l. si quis in hoc genus in princ. C. de Episcop. & Cleric. §. penult. in auth. de Sanctis. Episcop. qui text. est canonizatus in c. si quis rapuerit 27. quest. 1. Clarus in sua pract. §. fornicatum, n. 14. vers. cum Moniali, & ibi Baiard. in addit. n. 17. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 20. n. 6. vers. de iure autem ciuili, Cabal. in resolut. crimin. cas. 100. n. 72. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 389. n. 24. vers. iure ciuili, & in cas. 502. n. 41. centur. 6. Camerius in pract. in tract. de homicidio, & assassinio, §. hinc nata occasione, nu. 5. Corrad. in rubr. de sacrileg. n. 4. Foller. in pract. crimin. canon. c. 17. num. 5.
- 7 Tertiò, comprobatur haec opinio ex eo, quod tex. in c. cum sic de foro comper. ait, quod sacrilegi possunt sub quouis Iudice Ecclesiastico conueniri, propterea crimen sacrilegij dicitur crimen mixtum quoad poenas temporales, & contentiosas, Abb. in c. 1. n. 3. & 6. in fin. de offic. ordinari. Calder. in consil. 11. nu. 2. de iudic. & foro compet. alias frustra diceretur mixtum, vel vtriusque fori, nisi possit ab vtroque Iudice puniri, prout optimè aduertit Cacher. in decis. Pedemont. 102. num. 7.
- 8 Quarto, pro hac opinione adducitur auctoritas Bal. in l. placet circa finem, C. de Sacrosanctis Eccles. Felyn. in c. de ijs, nu. 13. de accusationibus, prout etiam est text. in cap. fin. §. per hoc non adimimus de poenis in sexto, scilicet, quod punitus de sacrilegio per Iudicem Ecclesiasticum, potest etiam puniri per secularem, saltem in eo, quod excedit; ergo multo magis poterit punire à principio, vbi non fuisset punitus ab Ecclesiastico, & ita fuit decisum in Senatu Pedemontan. teste Cacher. in citata decisione 102.

RESOLVT. DCXXXIV.

Index Laicus an teneatur remittere Clericum ad Iudicem Ecclesiasticum antequam probetur Clericus.

- 1 Indices laici non tenentur remittere Clericos Iudicibus Ecclesiasticis, nisi fuerit prius probatum esse Clericos.
- 2 Clericatus, & dubio numquam praesumitur.
- 3 Quid debeat probare Clericus conuictus, vt gaudeat beneficio fori.
- 4 Limita, quoties talis, detentus per Iudicem laicum inueniatur in possessione alicuius beneficii.
- 5 Et quoties communi opinione reputaretur Clericus.
- 6 Vel pars aduersa confiteretur esse Clericum.
- 7 Et quoties talis Clericus inueniretur in quasi possessione clericatus ob diuturnam habitus delationem.
- 8 Et quoties talis seruisset alicui Ecclesiae, vt Clericus. Multo-

Multoties euenire solet, quod Clerici committunt delicta, & postea capiuntur a Iudicibus secularibus, qui sunt tenaces in remittendo eos, an possint cogi ad faciendam remissionem antequam fuerit probatum talem captum esse Clericum.

1 In hac difficultate consulo negativè, scilicet, quod non teneantur Iudices laici Clericos remittere Iudicibus Ecclesiasticis, nisi fuerit prius probatum esse Clericos, & moneor, quia Clericatus non provenit à natura, sed extrinsecè fit, & in dubio nunquam præsumitur cap. præbyteri 68. distinctione, & ibi glos. cap. legum 2. quest. 1. Causal. in decif. 602. lib. 2. Calderin. de Iudicijs cons. 12. n. 2. Mascard. de probatio. in conclus. 302. num. 15. Crauet. in consil. 72. nu. 2. Menoch. de præsumpt. parte 2. lib. 2. præsumptio. 76. num. 1. & in consil. 912. lib. 10. num. 17. Decian. in tract. crim. cap. 9. lib. 4. tom. 1. num. 117. Dec. in cap. cum si scriptura, de fide instrument. num. 47. & in cap. cum à Deo de rescriptis, num. 13. Vrsili. ad Affl. in decif. 297. num. 5. & hoc etiam amplia in sequenti casu, & postea limita.

3 Amplia idem procedere in Clerico coniugato, qui vult uti beneficio electionis fori, etenim opus est, quod probet, quod contraxerit cum vnica, & virgine, & quod semper tulerit habitum, & tonsuram, alias his circumstantijs non probatis, si reperitur detentus penes aliquem iudicem laicum ob aliquod crimen, non est remittendus, ita Decian. in suo tract. cui incumbat onus probandi negat lib. 2. num. 7. cap. 2. Belug. in suo Specul. Principum in rubr. 11. §. videamus, vers. item si Clericus, num. 4.

Limita tamen supradicta infra scriptis sequentibus modis.

4 Primo limita, quoties talis detentus per Iudicem laicum inveniatur in possessione alicuius beneficii, etenim in isto casu est remittendus statim quod lu-

dex Ecclesiasticus eius remissionem petit, & ratio huius limitationis est, quia in tali casu præsumitur clericus, Bellam. in decif. 645. & 611. & 612. Mascardus de probatio. conclus. 302. numero 16. Rot. in antiquis de probationibus, decisio. 12. Alexand. in consil. 184. num. 7. lib. eod. Menochius de præsumptio. præsumptio. 76. num. 19. lib. 6. Boer. in decif. 171. num. 13.

5 Secundo limita, quoties communi opinione reputaretur Clericus, namque ex tali opinione probatur quem esse Clericum, Mohedan. in decif. 21. num. 3. de renunciatio. Rota in Antiquis, in decisio. 264. Bartius in decif. 3. num. 15.

6 Tertio limita, quoties pars aduersa confiteretur talem esse Clericum, etenim talis confessio statim probat Clericatum, Crauet. in consil. 93. lib. 1. nu. 24. Mascardus in conclusio. 305. de probat. num. 6. Rot. Romana in Antiquis in decif. 433.

7 Quarto limita, quoties talis Clericus inueniretur in quasi possessione Clericatus ob diuturnam habitus delationem, etenim in hoc casu statim est remittendus, quia talis diuturnitas habitus delatio probat Clericatum, Mascard. de probat. in conclusio. 304. nu. 1. Gabriel. in lib. communium conclus. de probat. conclusio. 1. num. 36. Dec. in cap. si scriptura de fide instrument. in num. 48. Masull. ad Capic. in decif. 161. n. 5. Grammat. in decif. 81. nu. 16. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 67. num. 8. Aufser. in additione ad Capellam Tholos. decif. 117.

8 Limita quinto & ultimo, quoties talis detentus, seruisset alicui Ecclesie uti Clericus, & ibidem Clericatus officium fecisset nunquam in isto casu est statim remittendus, quia in dubio præsumitur Clericus, Rot. in Antiquis de rerum permutatione decisio. 10. Ancharan. consil. 117. & sequitur Felyn. in cap. illud de præsumptio. num. 5.

F I N I S.

VENETIIS SAL. ANNO MDC LXXIV.

SVB SIGNO SAPIENTIAE.

INDEX